6
34-B
33

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
32 K
33

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-34. B.33

33.6.13.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRITHEMIVS SVI-
IPSIVS VINDEX:
ſiue
STEGANOGRAPHIÆ ADMODVM REVERENDI, DOCTISSIMI, ATQVE INGENIOSISSIMI VIRI IOANNIS TRITHEMII, PRIMO SPANHEIMENSIS, AC POSTEA S. IACOBI IN SVBVRBANO

Herbipolenſi Abbatis meritiſſimi,

Apologetica defenſio.

Ex ipſo ferè Trithemio collecta, &
publici Iuris facta.

Bibliothecæ Coll. Rom. Soc. Jesu

AVTORE

ADMODVM REVERENDO ET RELIGIOSISSIMO PATRE, AMPLISSIMOQVE Præſule ac Domino, Domino SIGISMVNDO *celebris in Bauaria Monaſterij* SEON, *Ord. S. Benedicti Abbate.*

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

Acceſſit in fine Fragmentum Quæſtionum eiuſdem Trithemij.

Cum facultate Superiorum.

INGOLSTADII,
Ex Typographeo Ederiano, apud Eliſabetham Angermariam, viduam. Anno M. DC. XVI.

Digitized by Google

IN TRITHEMIVM SVI POST MORTEM VINDICEM.

SIccine nec manes requiem captare ſepultos,
Nec patimur Cineres mollè cubare pios?
Dicitur infauſtas Erebi Trithemius artes,
Et quos non liceat percoluiſſe Deos.
Stat tamen egregiis ingens Trithemius armis,
Ac ſeſe famæ vindicat ipſe ſuæ.
Scilicet externis probitas non indiget armis,
Nam ſatis in ſeſe fortia tela tenet.
Non eget erectis virtus pulcherrima caſtris,
Sed ſatis eſt illam non latuiſſe nimis.
Vix tamen afflictas, Trithemi, diluis artes,
Nec fugis hac tetri nominis arte notam
Cuius enim cineres, cuius cognouimus vrnam,
Qui iacet in tumulo iam vetus vmbra ſuo,
Ille iterum aduerſos ibit quaſi viuus in hoſtes?
Et geret inuictâ poſthuma bella manu?
Ille iterum egregiis ſtabit Mars oſſeus armis?
Quis non hunc magnũ diceret eſſe Magum?

AD LECTOREM.

Mirum fortaſſe alicui videbitur, me qui negotiis domeſticis implicatus animum iam dudum à pulcherrimis liberalium artium ſtudiis abduxi, ſubitò nunc poſt habitis negotiorum turbis, Ioannis Trithemij, viri iam olim, & ante annos plus quam nonaginta nouem humanis exempti, partes defendendas ſuſcipere. Is ſi mei conſilij rationem altius perpenderit, nō ſolùm à meo inſtituto quicquam me facere alienum non dicet, verùm iuſtiſſimis ex cauſis in hanc apologeticam ſcriptionem deſcendere affirmabit. Anno nonageſimo nono ſupra quadringenteſimum atque milleſimum compoſuit Ioannes Trithemius, & deinde aliquot poſt annis Philippo Comiti Palatino Principi Electori, Duciq; Bauariæ, cuius ſuaſu & hortatu hoc opus inchoârat, vel vt ait Ioannes Duracluſius, Ioachimo Mar-

Obiit enim 1516. ipſo die S Luciæ ſacro.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

Quando & qua occaſione Steganographia à Trithemio ſcripta.

Marchioni Brandenburgenſi, principi Electori, dedicauit, mirandum illud & laborioſum opus Steganographiæ, quo in libro tradit artem, per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus ſecurè & tutò aperiendi certiſsimam.

Et ne hoc tantum & magnum ſecretum in aures vulgarium imperitorum aut prauorum hominum perueniat, omnis generis officia, ordines, differẽtias, proprietates, orationes, & varias operationes ſpirituũ aſsignat, per quorum intelligentias omnia huius ſcientiæ ſecreta clauduntur & aperiuntur.

Offenſi talibus ſpirituum operationibus & nominibus nonnulli, inter quos etiam fuêre grauiſsimi iiq; doctiſsimi ac religioſiſsimi viri, qui, verba vt ſonant acceptantes, neſcio quam ſuſpicionẽ malam & ſiniſtram de Trithemio hauſerint, tacitè putantes, dictos libros contra rationes phyſicas ſcriptos, ſuperſtitionis pleniſsimos, Magia vetitâ refertos, atq; hoc ipſo inter libros ab Eccleſia probibitos cenſendos. Iis Ego, vt ſalua charitate in famılia-

miliari colloquio, & inter diſputandum pro viribus ſemper reſtiti, ita me & ſacro Benedictino Ordini rem gratam, & à meo inſtituto non alienam facturum arbitratus fui, ſi tantum virum Trithemium, deq́ ipſa Catholica Eccleſia tam benè meritum, Religioſum nempe Religioſus, Abbatem Abbas, vti oretenus, ita & ſcriptis, à tantâ labe & ignominia defendendum ſuſcepero. Accedit quòd ad hanc apologeticam defenſionem nihil aut parum de meo, ſed omnia ferè ex ipſomet Trithemio deſumpſerim, vt & meâ non indigere operâ videretur tantus & tam doctus vir Trithemius, ſuomet gladio ſatis validus ſuæ innocentiæ vindex ipſe futurus. Inſtitutum Authoris.

Atq; vt, quis fuerit Trithemius, quamq́; ab omni ſuperſtitione alienus, faciliùs pateat, inprimis epiſtolam Ioannis Duraclusij eius diſcipuli, ad Nicolaum Hamerium Emelanum, vitam & lucubrationes Trithemij docentem: deinde pauca pro Auctore Steganographico, eiuſq́ libro tertio; tandem ea, quæ ipſemet Trithemius, tanquam futuri non Ordo Traditionis.


Digitized by Google

ignarus, pro ſua ſteganographia hinc inde in ſuis libris ſparſim edidit, in mediū proferam. Ex quibus omnibus luce clarius eluceſcet, JOANNEM TRITHEMIVM non Magum, ſed Eccleſiæ filium obedientiſsimum, ſubiectiſsimum & humillimum; eaq; omnia, quæ in STEGANOGRAPHIA ſcripſit, phyſicis ac naturalibus eſſe ſubnixa principiis, ac proinde vetitæ magiæ nomine minimè eſſe damnanda. Lege, amice Lector, perpende & iudica.

Vale.

STEGA-

Digitized by Google



IOANNES TRITHEMIVS
Spanheimenſis primò, ac poſtea S. Iacobi in ſuburbano Herbipolensi Abbas.
Literis Latinis, Græcis et Hebraicis apprimè doctus.
Poëta, Orator, Philoſophus, Theologus;
Magiæ Naturalis Magiſter perfectiſsimus
Quod pter alia eius ſcripta
STEGANOGRAPHIA et POLYGRAPHIA uel imprimis docent.
Naſcitur in uilla TRITENHEIM ad ripas Moſellæ fluminis, Treuirenſis diocæſis, ANNO 1462.
Moritur tandem AN. 1516, ætat. ſuæ LV, incompleto, ipſo die D. Luciæ ſacro, non ſine Magnatum, Principum, Virorumque doctorum omnium luctu et planctu.

Google

STEGANOGRAPHIÆ ADMODVM REVERENDI, DOCTISSIMI, JVXTAQVE INGENIOSISSIMI VIRI, IOANNIS TRITHEMII, ABBATIS SPANHEIMENSIS APOLOGETICA defenſio.

De hoc argumento etiam vide Orationem nuper Ingolſtadij impreſſam & dictam à Reuerendo ac doctißimo P. Adamo Tannero, SS. Theologiæ ibidem Profeſſore ordinario.

IOannes Trithemius Abbas in villa Tritenheim, Treuirenſis diocœſis ad ripas Moſellæ fluminis naſcitur, prima die menſis Februarij, hora vndecima, minuto triceſimo poſt meridiem, anno dominicæ Natiuitatis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, indictione Romanorum decima: patre Ioanne de Heidenberg matre verò dicta Heliſabeth de longo vico, eo videlicet

Vita & lucubrationes Trithemij, per Ioan. Duraclusium, eius diſcipulum.

Digitized by Google

delicet anno, quo Moguntia ciuitas in diſſenſione duorum pontificum capta, libertatem perdidit, & ſeruitutem inuenit, multis ciuium in exilium actis; anno Pij Papæ eius nominis ſecundi, currente quarto, Friderici tertij Imperatoris viceſimo ſecundo.

Anno autem domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecũdo, in Monaſterio Spanheimenſi Moguntinæ diœceſis, primâ videlicet die Februarij, quâ olim fuerat natus, habitum ſæcularem depoſuit, & monaſticum ſub norma D. Patris Benedicti de obſeruantiâ nouiter introductâ illic aſſumpſit. Sequenti anno, qui fuit octogeſimus tertius ſupra quadringenteſimum atque milleſimum, Ioanne de Colenhuſen Abbate ad Selgenſtat canonicâ poſtulatione traſlato, Ioannes Trithemius communi fratrum electione in Abbatem memorati Cœnobij Spanheimenſis, quarto calendas Iulij promotus & ornatus præfuit annis viginti tribus, menſe vno, diebus decem & nouem. Quibus euolutis, non ſine laboribus

bus multis, quorundam æmulorum temeritate prouocatus, Abbatiam S. Iacobi Herbipolenſem, quæ illi offerebatur, aſſumpſit, & Spanheimēſem curis inutilibus plenam, ſpontaneâ voluntate reſignauit.

Vtrobique plura conſcripſit opuſcula, è quibus mihi ſuâ manu in ſcedula nuper conſignauit ſubſcripta. Quorum tu, cùm à me titulos amice poſtules, tuis libenter annuo votis, quo communis amici & præceptoris noſtri memoriam, ex conſideratione tantorum laborum eius habeas ſtrictiorem.

Et primò quidem lucubrationum earum titulos conſignabo, quas in Spanheim Abbas exiſtens laborioſè compoſuit.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Scripſit in primis:

Opera & ſcripta Trithemij.

CONSTITVTIONES ORDINIS SVI, QVAE FACTAE FVERVNT IN Capitulis Prouincialibus iuſsione Præſidentium, librum vnum.

DE viſitatione monachorum, lib. vnum.

De modo celebrandi capitulum prouinciale, librum vnum.

In regulam S. Benedicti, lib. duos.

Homilias & Sermones exhortatorios ad Monachos ſuos, libros duos, quos Anteceſſori ſuo dicauit.

De tentationibus clauſtralium, & remediis earundem, libros duos.

Ad Nicolaum presbyterum Mernicenſem de vita Sacerdotali, lib. vnum.

De vanitate & miſeria huius vitæ lib. vnum.

Opus penthicum, id eſt, lugubre, de ruina ordinis ſui librum vnum.

De

De illuſtribus viris ſui ordinis libros quatuor.

Laudes ordinis Carmelitarum libros duos.

Ad Gerlacum Abbatem Tuitienſem laudes ſcriptorum manualium lib.vnum.

Ad Ioannem Dalburgium VVormatienſem Epiſcopum, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, librum vnum.

Ad quæſtiones Rutgeri Sicambri Canonici Dumetis, librum vnum.

Chronicon Monaſteri Spanheimenſis, non paruum volumen, lib.vnum.

Chronicon ſiue annales monaſterij Hirſaugienſis, duo volumina magna.

Chronicon ſucceſſionis ducum Bauariæ, & comitum Palatinorum ad Philippũ palatinũ comitem principem Electorem, librum vnum.

Vitam S. Hirminæ monialis & primæ Abbatiſſæ in horrio Treuirenſi, lib.vnum.

De miſeria Prælatorum clauſtralium libros duos.

Laudes S. Andrææ Apoſtoli, lib. vnum.

Laudes S Benedicti Abb. lib. vnum.

Laudes S. Ioſeph nutritij domini, lib. vnum.

Laudes vitæ Monaſticæ, lib. vnum.

Laudes veræ pœnitentiæ lib. vnum.

Laudes ſtudij diuinarum ſcripturarum librum vnum.

Monologion hominis Deo deuoti ad ſeipſum librum vnum.

De miraculis S. matris Annæ, librum vnum.

Ad Vdalricum Canonicum Colonienſem ſuper quæſtionibus in Euang. Ioan. librum vnum.

Ad eundem ſuper quæſt. pſalmorum, librum vnum.

Ad Præſidentes Capituli annalis, de obſeruantia Burſfeldenſi, abbreuiauit ſtatuta eiuſdem vnionis, lib. vnum.

Spirituale monachorum exercitium, librum vnum.

Epito.

Digitized by Google

Epitome ſeu breuiarium eiuſdem lib. vnum.

De computo eccleſiaſtico, lib. vnum.

De illuſtribus germaniæ ſcriptoribus ad Iacobum Vuympfilingum Rhedapolitanum, librum vnum.

Epiſtolarum Spanheimenſium ad diuerſos, libros quatuor.

Orationes in Capitulis & alibi habitæ, ſunt numero 24. quæ faciunt lib. vnum.

Sermones in diebus feſtis ad pop. lib. vnum.

Sermones ad Fratres ſuos Spanheimenſis Cœnobij ſcripſit quadraginta numero pulcherrimos, librum vnum.

Orationes ad Deum & ſanctos ſupplicatorias plures, librum vnum.

E græco ſermone traduxit in Latinum Maximum Abbatem de incarnatione domini.

Anathemata quoque S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexādrini, contra hæreticos in tertia Synodo Epheſina promulgata.

Pro

Pro ædificatione Monachorum notabile opus quod prænotauit: De triplici regione Clauſtralium, libros tres.

Scripſit & alia quædam minora opuſcula quorum ad me titulos non ſignauit.

Hæc ſunt Nicolae, frater chariſſime, Trithemiana opuſcula, quæ per annos tres & viginti Abbas exiſtens lucubrauit in Spãheim ad Dei honorem in medio curarum & continuâ rei familiaris occupatione: legens aut ſcribens die ac nocte, quotiens ſibi otium licuit ſubſurari. Maximum librorum in omni facultate theſaurum Spanheimenſi bibliothecæ per annos quibus præfuit, importauit, non ſolùm arte impreſſoria, ſed etiam manu ſcriptorum. Nam cùm eſſem apud eum vnius anni ſpatio pro diſcendis ab eo literis Græcis atque Hebraicis, duo millia numeraui Bibliothecæ volumina, quorum ad minus octoginta calamo in pergameno & papyro decenter fuerũt conſcripta. Audiui ſæpius ab eius ore, quòd pluſquàm duo millia florenorum pro libris

Bibliotheca Trithemij.

expo-

expoſuerit, quos nō de Monaſterij ſubſtantiâ, quæ valde ſemper fuit exilis, acceperat, ſed cū multis & notus & charus eſſet Principibus, muneraquibus honorabatur ab eis, vt plurimùm pro libris expoſuit. Maximus enim librorum amator & cultor eſt ſupra omnes, quos ego noui hodie in carne viuentes. Dicitur autem à multis, quôd eius ſucceſſor, qui nunc eſt Abbas in Spanheim, volumina plurima alienauerit, quòd an ſit verum, certè mihi minimè conſtat. Anno domini milleſimo quingenteſimo quarto, cum inter Regnum & Philippum comitem palatinum atrox fuiſſet bellum exortū, Trithemius hoſtium metu, cum ſua bibliotheca & rebus Monaſterij, ad Cruciniacum proximum ſeceſſit oppidum, & ego ſimiliter ad mea fui reuerſus.

Anno autem ſexto ſupra quingenteſimum atq; milleſimum de menſe Octobri Trithemius ipſe quorūdam inuidiâ ſtimulatus, Abbatiam S. Iacobi apud VVirciburg accepit & Spanheimenſem reſignauit. Vbi

varia ſcribit quietus, quorum ad me titulos nuper iſtos tranſmiſit rogatus:

Ad Maximilianum Cæſarem opus mirandum edidit, quod Polygraphiam prænotauit, libros ſex. *Polygraphia.*

Ad eundem eiuſdem Polygraphiæ clauem, librum vnum.

Reſponſiones ad octo quæſtiones eiuſdem Cæſaris, librum vnum.

Ad eundem de ſeptẽ intelligentiis mouentibus orbes, librum vnum.

Ad Ioachim Marchionem Brandeburgenſem Principem Electorem, variarũ quæſtionum, Orationum & Propoſitionum, libros viginti.

Ad eundem de prænotionibus licitis Chriſtiano & non licitis, libros duos.

Ad eundem ſcripſit mirandum & laborioſum opus illud Steganographiæ lib. octo, quod temerarius ille Bouillus non capiens, imperitiſſimè & falſiſſimè reprehendit. *Steganographiæ opus.*

Ad

Ad eundem Principem Epiſtolarũ, lib. vnum.

Ad eundem contra maleficos & omnes artes & ſuperſtitiones ab eccleſia prohibitas lib. quinque.

Ad eundem de cauſis & cura morbi caduci ac maleficorum, libros tres.

Ad Iacobũ Trithemium fratrem ſuum itinerarium vitæ ſuæ libros duos.

Ad Burghardum de Hornec medicum de peculio Monialium, librum vnum.

Hiſtoriam ſiue Annales de Origine Regibus & geſtis populi Francorum & Germanorum ſcripſit tria magna volumina, narrationem incipiens à Marcomero Rege, qui populum anno ante incarnationem domini quadringenteſimo triceſimo tertio, à Scythiæ finibus in Germaniam eduxit ad oſtia Rheni, vſque in triceſimum octauum & nonum annum Maximiliani Cæſ.

Digitized by Google

Ad Laurentium VVircipurgenſem Epiſcopum Orientaliſque Franciæ Ducem, epitome ſiue breuiarium ſcripſit corũdem trium voluminum hiſtoriarum, libros tres.

Ad eundem de Ducibus & Epiſcopis Francorum VVirciburgenſium, librum vnum.

De miraculis ad memoriam dominæ noſtræ S. Mariæ apud Dittelbach oſtenſis, lib. duos.

De miraculis eiuſdem in vrticeto apud Helbrunnam oſtenſis, libros ſex.

Apologeticum in Carolum Bouillum ea, quæ non intellexit, calumniantem lib. vnum.

De origine & Regibus Francorum lib. vnum.

Chronicon monaſterij ſui, cui nũc præſidet, D. Iacobi apud VVirciburg lib. vnum.

Ad Albertum ex Marchionibus Brandenburgij, Archiepiſcopum Moguntinum & Magdeburgenſem, vitam diuini Rabani Archipræſulis, lib. tres.

De eiuſdem à Moguntiaco tranſlatione in Saxoniam librum vnum.

Ad eundem vitam S. Maximi Epiſcopi librum vnum.

Ad Ioannem Comitem Palatinum Bauariæq; Ducem, & Comitem in Spanheim, apud Symeren reſidentem, de origine, Regibus ac Ducibus Bauarorum ſimul & Comitum Palatinorum & Spanheimenſium lib. quatuor.

De dæmonibus & artibus prophanis, maleficis & ſuperſtitioſis laborioſum opus verſat in manibus, quod libros habebit duodecim, in quibus omnia diabolicarum artium vaſramenta explodit, confundit, euertit.

Epiſtolarum Herbipolenſium, quas in ea ſcripſit Abbatia, lib. quatuor.

Scripſit etiam alia minora cõplura ſuæ & amicorum deuotioni congrua, vt ſunt:

Curſus, Roſarium, Miſſale, Officium & variæ Orationes, ſimul & proſæſiue ſequentiæ de S. Anna, Saluatoris noſtri auia.

Scripſit & de S. Maria Magdalena laudes, precationes atque roſarium.

De S. Ioſeph nutritio domini Roſariũ.

De S. Petro Apoſtolo Roſarium.

De S. Ioanne Euangeliſta Roſarium.

Ad inſtantiam Ioannis Archiepiſcopi Treuirorum Sequentiam de S. Anna, quæ incipit: *Jeſu cœlorum Regis*, ſub melodia: *Aue præclara*.

Aliam in eius feſto canendam, quæ incipit: *Exultent in hac die*, *&c.*

Tertiam ad prouincialem Carmelitarũ Auguſtæ, & incipit: *Jubilemus in honore*.

Quartam de S. Hildegarde virg. quæ ſic incipit: *Laus tibi domine rex æterna*, *&c.*

Quintam de S. Ruperto Bingiorũ Duce, quæ incipit: *Exultent in hac die*.

Sextam de S. Ioſeph nutritio domini, & ſic incipit: *Cantemus inclyti.*

Septimam de S. Rabano Archiepiſcopo.

Octauam de vulneribus Chriſti, quæ ſic incipit: *Ieſum Chriſtum adoremus*, *&c.*

C 3 Nonam

Nonam de compaſſione B. Mariæ ſemper virginis, & ſic incipit: *Eia ploremus mente pia B. Mariæ compatientes*, ſub melodia ſcilicet: *Aue præclara &c.*

Decimam de S. Ioachim genitore noſtræ dominæ, quæ ſic incipit: *Trinitatem adoremus, vnitatem collaudemus, &c.*

Vndecimam de bono cuiuſque hominis Angelo proprio.

Duodecimam in propria miſſa cuiuſq; Sacerdotis.

Tredecimam de S. Maximo Epiſcopo Moguntino.

Quartamdecimam de S. Martha, Chriſti hoſpitâ.

Quintamdecimam de S. Maria Magdalena.

Sextamdecimam de S. Maria Ægyptia.

Septimamdecimam de S. Iacobo maiore Apoſtolo.

Octauamdecimam de S. Andræa Apoſtolo.

Nonamdecimam de S. Benedicto Abb.

Vice-

Scripſit & de S. Maria Magdalena laudes, precationes atque roſarium.

De S. Ioſeph nutritio domini Roſariū.

De S. Petro Apoſtolo Roſarium.

De S. Ioanne Euangeliſta Roſarium.

Ad inſtantiam Ioannis Archiepiſcopi Treuirorum Sequentiam de S. Anna, quæ incipit: *Jeſu cœlorum Regis*, ſub melodia: *Aue præclara.*

Aliam in eius feſto canendam, quæ incipit: *Exultent in hac die, &c.*

Tertiam ad prouincialem Carmelitarū Auguſtæ, & incipit: *Jubilemus in honore.*

Quartam de S. Hildegarde virg. quæ ſic incipit: *Laus tibi domine rex æterna, &c.*

Quintam de S. Ruperto Bingiorū Duce, quæ incipit: *Exultent in hac die.*

Sextam de S. Ioſeph nutritio domini, & ſic incipit: *Cantemus inclyti.*

Septimam de S. Rabano Archiepiſcopo.

Octauam de vulneribus Chriſti, quæ ſic incipit: *Ieſum Chriſtum adoremus, &c.*

Nonam de compaſſione B. Mariæ ſemper virginis, & ſic incipit: *Eia ploremus mente pia B. Maria compatientes*, ſub melodia ſcilicet: *Aue præclara.*

Decimam de S. Ioachim genitore noſtræ dominæ, quæ ſic incipit: *Trinitatem adoremus, vnitatem collaudemus, &c.*

Vndecimam de bono cuiuſque hominis Angelo proprio.

Duodecimam in propria miſſa cuiuſq; Sacerdotis.

Tredecimam de S. Maximo Epiſcopo Moguntino.

Quartamdecimam de S. Martha, Chriſti hoſpitâ.

Quintamdecimam de S. Maria Magdalena.

Sextamdecimam de S. Maria Ægyptia.

Septimamdecimam de S. Iacobo maiore Apoſtolo.

Octauamdecimam de S. Andræa Apoſtolo.

Nonamdecimam de S. Benedicto Abb.

Vice-

Viceſimam, de omnibus ſanctis.

Et de ſingulis nominatis memoriis & ſanctis, officia Miſſæ ſingula compoſuit noua, diuinis ſcripturis conformia.

Scripſit præterea meditationum & orationum dominicæ incarnationis, natiuitatis, vitæ paſſionis & mortis opuſculum deuotioni conueniens libros duos.

Speculum cœleſtis doctrinæ, compunctioni mentis non parum deſeruiens, librũ vnum, qui ſic incipit: *Salutis humanæ principium, &c.*

Multas quoque deuotiſſimas meditationes & orationes, de domino noſtro Ieſu Chriſto, de ſanctiſſima eius Genitrice virgine Mariâ atque de variis ſanctis pulchrâ varietate compoſuit, cũ ingentibus aliis, quæ videbit & mirabitur deuota poſteritas omnis.

Hæc ſunt, mi Nicolae chariſſime, Trithemij Abbatis noſtri volumina, quæ per annos ferè triginta duos continuo lucubrauit ſtudio, præter illa, quæ nondum perfecta

in

in manibus verſantur ſub incude mihi incognita. Vale ex ædibus meis Duracluſianis, quinta menſis octobris; Anno ſalutis noſtræ milleſimo quingenteſimo quinto decimo.

Hactenus ille. Equidem rem altius perpendens ſatis dolere nõ poſſum, tantum virum, deque literis & literatis, atque de ipsâ Catholicâ Eccleſiâ tam benèmeritum, in tantam veniſſe ſuſpicionem, quaſi aliquid ſcripſiſſet & publicæ luci mandâſſet ſanctæ & Orthodoxæ fidei contrarium, Chriſtianæ reip. noxium, ac Religioſâ conſcientiâ indignũ, cùm vel ex ipſo titulo Steganographiæ præfixo, tanquam ex fine, quem vnicum Auctor ſibi propoſuit, cõſtet, nihil aliud illo in libro contineri, quàm artem, animi ſui voluntatem abſentibus per occultam ſcripturam aperiendi certam, ad cuius vſum vtique non opus eſſe arte magicâ & diabolicâ, ſed Phyſica & naturali tantũ in Claui iſti operi præfixâ facile videre eſt. Ne verò hæc ſecreta ſeu ars ſeu ſcientia in notitiam Rei-

Cur Trithemius nominibus Spirituũ, numeris figuris & ſignis vſus ſit

Finis Steganographiæ.

Nota.
Per occultam ſcripturam.

D pub.

pub. aut aures prauorum hominum perueniret; officij ſui rationem exiſtimauit Trithemius non vltimam, ita illam, quoniam myſteria docet intelligere neſcientem, myſteriis obuoluere, vt nemo futurus ſit ex imperitorum numero, nemo niſi ſtudioſiſſimus, qui huius ſcientiæ arcanum ſuâ poſſit virtute perfectè & ad intentionem Auctoris penetrare ad plenum, niſi per receptionem à docente. Nec minus Reip. noceret, huius ſecretiſſimæ artis in improbos & reprobos diuulgata notitia (inquit Trithemius) quàm prodeſſet in bonos. Quoniam quidem ſicut boni & virtutum ſtudioſi homines omnibus adinuentis vtuntur ad bonum & communem vtilitatem, ita mali & reprobi non modò ex malis, verùm & ex bonis atque ſanctiſſimis inſtitutis occaſiones ſibi venantur, quibus deteriores fiant. Simile huic ſecretiſſimo & alioqui vtili Reipub. atq; honeſtiſſimo adinuento contingere poteſt; vt ſicut bonis & ſanctiſſimis hominibus inſtrumentum ſe præbet ad opti-

ma, ita peruerſis & impiis miniſterium exhibeat ad ſcelerata. Nam ſicut bonus & honeſtatis amator, voluntatis ſuæ ſecretũ, pro bono priuato vel communi, alteri hanc artem ſcienti, quando & quotiens voluerit, ſecretè, ſecurè, & abſque aliqua ſuſpicione cuiuſcunque mortalis, perfectè, copioſè & integerrimè per patentes omnibus, apertas vel clauſas literas (ita vt nemo, quantumlibet eruditus aut curioſus, quicquam valeat ſuſpicari, de ſecreto mittentis, nec etiam, ſi ſuſpicetur, deprehendere) omni tempore notificare poteſt, & ad quamlibet diſtantiam locorum intimare & exprimere, ita & peruerſus quiſq; lubricus aut malitioſus, etiam latini ſermonis penitus antea ignarus, mox vt hãc artem conſecutus fuerit (quam Magiſtro docente in biduo ad longiſſimũ conſequi poterit) iam deinceps latino ſermone, compoſitione congruâ, literas ſcribet qualibet narratione apertas, pulchras & ſatis ornatas, ad amicum in hac arte peritum, quibus voluntatis ſuæ arcanũ ipſi ſoli peruium

Cauſa ſilendi artem Steganographiæ.

Hæc iam paſſim euulgata.

tantis myſteriis obuoluet, vt à nemine penitus, quantumcunque ſtudioſo vel erudito, ſine huius artis ope valeant penetrari. Scriberet iam deinceps doctus & indoctus, vir & mulier, puer & ſenex, bonus & malus, pudicus & laſciuus latino vel quocunque ſermone ſibi noto per omnia climata mundi literas Latinas, Græcas aut Barbaras omni ſuſpicione carentes, quibus aliud neſcientibus artem exhiberet in patulo, atque aliud ſcientibus in occulto. Nec tuta inter coniugatos fides contracta ſacramento, hac ſcientiâ publicatâ in reprobos iam deinceps maneret, dum vxor licet latini ſermonis hactenus inſcia, per verba pudica, honeſta atque ſanctiſſima cuiuſlibet linguæ vel idiomatis iam ſatis docta, malam & impudicam amatoris adulteri ſeu fornicatoris mētem & intentionem, licet viro perferēte literas ac collaudante, vt optimas, latiſſimè intelligere, ſuumque deſiderium eodem modo, quàm latè & copioſè voluerit, illi ſecuriſſimè eiſdē vel aliis literis pulchrâ & ſatis admodum ornatâ ſerie poſſet remandare. Enim-

Enimuerò licet hæc ſcientia in ſe ſit optima, & reip. ſatis vtilis, tamen ſi ad prauorum notitiam perueniret (quod Deus prohibeat) totus reip. ordo per ſucceſſum temporis non modicè poſſet turbari, fideſq; periclitari publica, literæ omnes, inſtrumenta, conſcriptiones, ipſi denique hominum ſermones in grauiſſimam ſuſpicionem verti: nemo iam literis quantumlibet ſanctis & honeſtis abſque pauore crederet, ſed fidem epiſtolis rarus adhiberet. Quoniam quantumcunq; honeſta & pudica verba fuerint, ſemper dolus, fraus, deceptio ſubeſſe putaretur, fierentq; homines ad omnia pauidi, & non minùs in amicos, quàm in aduerſarios vt plurimum ſuſpicioſi.

Ad has igitur omnes, quas dixi, incommoditates auferendas, & ne hæc per ſe phyſica, naturalis & licita ſciẽtia, ſi in omnium notitiam deueniret, tãta crearet mala & incommoda, non immeritò Trithemius numeris vſus eſt, ſignis & nominibus peregrinis veluti ſpirituum & aliorum, quibus tan-

Numeri, ſigna, nomina peregrina ſpirituum quorſum ſpectent.

 quam

quã myſteriis artẽ illã ita inuoluit, vt nulli niſi artẽ illã ſcienti, id eſt, honeſto & pio, facilè ſit peruia, peruerſis verò atq; malignis perpetuò maneat occulta, id ꝙ etiam antiquiſſimos ſapientes, quos gręco ſermone Philoſophos appellamus, olim feciſſe accepimus, quos, ſi quæ vel Naturæ vel Artis reperiſſent arcana, ne in prauorũ hominũ notitiam deuenirẽt, variis occultâſſe modis atq; figuris, eruditiſſimorum opinio eſt. Moyſen quoq; Iſraëliticę gentis famoſiſſimũ Ducem in deſcriptione creationis Cœli & Terræ ineffabilia myſteriorum arcana verbis operuiſſe ſimplicibus, doctiores quique Iudæorum confirmant. Hinc in multis ſacræ ſcripturæ locis, præter ſenſum literalem, etiam Allegoricus, Tropologicus & Anagogicus ſenſus à Theologis eſt receptus. Diuus & inter noſtros eruditiſſimus Hieronymus tot penè in Apocalypſi Ioannis myſteria latere affirmat, quot verba. Græci ſanè & Ægyptij in occultandis ſuis ſacris & diuinis ſemper figuris & obſcuritatibus vtebantur. Hinc Socrates

Studium veterum ſapientum in occultandis rerum arcanarũ myſteriis.

crates apud Platonem admonet; *rerum ſacrarum myſteria velanda eſſe, vt à plebecula indignitate ſeparentur.* Plato alibi conſulit; *indignũ prorſus ac fœdum eſſe, rerum occultarum myſteria populo aperiri, cùm ab hominũ genere illa pollutis manibus contrectentur, quæ ab hominibus, tantùm philoſophiæ ſacris initiatis tractari fas ſit.* Quod nec Hebræi in tractandis ſacris legibus negligunt. Atq; vt de veterum notis quid amplius dicam, ij certè, vt & compẽdioſè ſcriberent, & à communi ſcribendi forma diſcederent, notulis, lineamentis, ſóliſq; literis loco ſcripturæ vtebantur, vt cùm *ciuem Romanum* per *C R*, *oportere* per *O P*, *duntaxat* per *D T*, *ab vrbe condita* per *A B V C*, *de iſto lapide inuenies aurum* per *D I L I A*, ſignificârunt: Quam verborum ſententiarumque obſcuritatem in omnibus ferè ſcientiis videre licet. In libris legum Veteres per duo *K K calumniæ cauſa*, per *D M dolum malum*, per *I E Iudex eſto* denotabant. *Et damnatum* literâ *K*, *abſolutum* verò *A*, ſignificabant. Sic de iudi-

Vide in Scriptiones ſacroſanctæ vetuſtatis Petri Appiani & Barthomai Amantij. Ius.

cio

cio recuperatorio in veterum notis & elogiis à notarum Magiſtris ſic ſcribi ſolitum eſt: *QERE, TPIRD, TQPDTDDPF. Quanti ea res erit, tanta pecunia iudicium recuperatorium dabo, teſtibuſq́; publicè duntaxat decem denũciandi poteſtatem faciam.* Quas Iuris notas, licet Iuſtinianus Imperator poſtea à legum libris abolendas ſanxerit, etiamnum tamen hæ figuræ adhuc manent §. ff. quarum altera, *Paragraphos*, altera *digeſta* deſignat.

Mathematici. Mathematici quoque præſertim aſtrologi, has obſcuritatũ figurarumq́; reliquias tenent. Nã Planetas, itemq́; Zodiacũ ſuum ſiue duodecim ſigna cœleſtia ſingularibus characteribus pingunt, vt v. g. *Lunam* à creſcentibus & decreſcentibus cornibus ☽. *Geminos* ♊ ab eorum amplexibus. *Sagittarum* à ſagitta ♐ &c. Sic & horum aſpectus, *triplicitates* & octauæ ſphęrę *configurationes* notant. Siquidem ✱ hexagonum ſignificat; □ *quadratum*; △ *trigonum*. Coniunctiones vero planetarum tali ſigno ☌, & oppoſitiones hac nota ☍ exprimuntur. Chy-

Chymica quoq; ars, vt obſcurè ſimplicia deſcribat, iis vtitur. Nam *Ammoniacū ſalem* Chymici △ ſigno notant, *arſemicum* ∞. *Chymici.*

Similiter & Muſici ad tempus menſuramq; denotandam diuerſos excogitauêre characteres & notas, vt in eorum libris planè videre eſt. Et certè mirum eiuſmodi notis muſicis animi ſenſa occultè aliis ſignificari poſſe. *Muſici.*

In arte militari etiam (ſingularia noſtratium ſtratagemata varioſque occultè ſignificandi modos prætereo) ſingulares extant notæ apud Veteres. In breuiculis enim quibus Militum nomina continebantur, propriæ erāt, in quibus Duces militum numerum, quot ex iis ſupereſſent, quotque in cladibus occubuiſſent, inſpicerent. Nam qui ſupererant *T, thau* verſiculi initio, qui verò ceciderant ⊙, *theta* notabantur. *Militū.*

Iam verò quid dicam de facultate Oratoriâ eiuſdemq; cultoribus, qui ad ſummū ornatum eiuſmodi obſcuro dicendi genere non in verbis ſolū, ſed in integris etiam ſen- *Oratorū.*

tentiis orationiſq; ſerie vtuntur? Quid enim ſunt μεταφορά, μετωνυμία ſeu ὑπαλλαγὴ, ἀντωνομασία (vt de Ænigmate taceam) ἀμφιβολία, ἀλληγορία, &c. aliud, quàm ſchemata, quibus ſenſus à proprio ſermone in obſcurum & planè occultum transfertur? Sapientes certè Chymiſtæ ſua ſcripta hiſce inuolucris (allegoria dico) contexerunt, veluti Hermetem, Gebrum, Raymundum, & veteres omnes Pythagoricos allocutos comperimus.

Poëtæ. Poëtas doctiſſimos intermitto, qui fabulis conſcribendis operam nauãtes, aliud imperitis atque aliud eruditis hominibus vnius narrationis ſerie ſagaci adinuentione tradiderunt.

Cùm igitur, vt ex prædictis conſtat, omnes ferè ſcientiæ proprios ſibi characteres adſciuerint, quibus ſi non breuiùs ſaltem occultiùs ſcientiarum materiæ traderentur, non immeritò etiam Trithemius ſua præcepta ita tradidit, vt nõ omni eſſent peruia, præſertim cùm eorum intelligentia neque omni etiam expediret. Nec refert quod Trithemius

themius ad velandum ſecretum in omnibus ferè capitibus vſus ſit coniurationibus. Nam in iis nihil aliud, quàm ſecreta ſteganographica abſcondita eſſe, eaſq; omnes in principio per quemlibet modorum ſteganographicorum eſſe examinandas, ipſemet Trithemius monet in Claui generali tripli-ci, quam ipſe conſcripſit, & amatoribus huius artis gratitudinem declaraturis ac ſecretò retinentibus communicauit. *Coniurationes Trithemÿ.*

Idem ſentiendum de numeris Arithmeticis, quos propterea adhibuit, non vt vim illis magicam tribueret vllam, ſed vt quotquot eorum deprehenderis, tot literas ſignificatiuas ſcires, illud verò O nihil denotaret, id quod legenti ac modos illos intelligenti, abſq; difficultate patet. Equidem lubens volenſq; fateor, literas vel Latinas vel græcas aut quouis idiomate ſcriptas, legi & ſuo modo intelligi, imò verò, quod plus eſt, etiam ſecundũ regulas & bonam ſyntaxin, ſcribi ac componi poſſe ab eo, qui (modò alphabethum nôrit) neq; grammaticæ neq; *Numeri Arithmetici.*

ſyntaxi vnquam ſtuduerit, rem eſſe primo intuitu adeò ſtupendam, vt omnium ſenſum & communem hominum captum in admirationem trahat; attamen id facili negotio & abſque vllâ magiâ vetitâ & dæmoniacâ fieri poſſe, Trithemiana opera ſteganographia & polygraphia docent. Etenim ſi magia prohibita definitur facultas ſeu ars, quâ vi pacti cũ dæmonibus initi mira quædam & communem hominum captum ſuperantia, efficiuntur, religioſiſſimus verò Vir, & Magiæ naturalis Magiſter perfectiſſimus Ioannes Trithemius in ſuo ſteganographico opere vllum cum dæmonibus pactũ nunquam inierit, vt poſtea ex ipſius proteſtationibus conſtabit, ſed mediis licitis, naturalibus & phyſicis tanquã ſecretioris philoſophiæ amator vſus fuerit; facilè liquet, Steganographiam inter magicos libros, nõ eſſe numerandam.

Quid ſit Magia dæmoniaca? Del Rio lib. 1. cap. 2.

Solus liber tertius negotium faceſſit, quem quia propter inopiam Clauis intelligere nequimus, multi tanquam ſuperſtitionis

Liber tertius Trithemij.

nis

nis notâ ſuſpectũ, aut certè partum ſuppoſititium reprehendũt. Ego verò, hoc ipſo quia non intelligimus, librũ illum potius approbandũ, q̃ improbandũ, potius viribus totis retinendum, q̃ à reliquis libris amouẽdum cenſeo. Quis enim adeò eſt iniquus rerum æſtimator, vt audeat rem quampiam iudicare malam, quam tamen in ſuo intellectu nec bonam nec malam deprehendit; adeoque nõ intelligit? Certè in dubiis tutiorem melioremue partem eſſe eligendam, Theologi tam morales quàm Scholaſtici docent. *Etenim temerarium ſe Iudicem oſtendit*, inquit Trithemius, *qui, priuſquam cauſa agnouerit veritatem, profert de ea ſententiam.* Aſt verò ſi cauſam ſuæ reprehenſionis rationabilem aſſignent, ſi Magiæ Trithemium vetitæ certò & euidenter conuincant, ſi impium aliquod & contra Romanæ Eccleſiæ fidem quippiam ex illo libro adferant; tum demum partum ſuppoſititium crederem, & Trithemiano nomine prorſus indignũ.

NB. *Steganographia ſpecie externâ & ſecundum proprium verborum ſenſum ſpectata fortè ſuperſtitioſa videri poteſt, aſt ex mente Auctoris & ſecundum nucleum intus latentem non item.*

Sed inſtant & dicunt: Aliquẽ à me lon-

ge abſentem mei cõceptûs compotem fieri poſſe, idq; ſpacio viginti quatuor horarum, imò *ſine literis ſine Nuncio* & *ad quantamcunq; diſtantiam* Naturæ vires longè tranſgredi, cùm agens phyſicum non agat in diſtans, niſi per medium interpoſitum, adeoque librum iſtum nõ eſſe rationibus & mediis Phyſicis ſuffultum. Audio. Sed nonne memores eſtis, nos hîc agere de Magia, quæ ſua agilitate, dexteritate, ſubtilitate, *virtuteq; creata & non ſupernaturali, mira & inſolita efficit, quorum ratio ſenſum & communem hominum captum ſuperet*, & vt eſt pars quædã ſecretioris Philoſophiæ, ſeu (vt eam definit Pererius) *facultas, per quam homines efficiunt res inuſitatas & admirandas, ratione quadam occultâ* (vtpote naturali) *& aliis hominibus incognitâ?* Nonne recordamini duorum priorum librorum, quos, Phyſicè ſane ſcriptos, Trithemius tamen tantis tamque cæcis myſteriis & tenebris inuoluit, vt eos nec omnes totius mundi homines poſſent intelligere, ſi non Clauis à Trithemio relicta,

Quid ſit Magia Naturalis?

Del Rio lib. 1. cap. 2.

Lib. 1. de Magia, cap. 2.

Duo libri priores ſteganographiæ tuentur tertium.

relicta, illis opem ſuppeditaret? Certè Labyrinthæis me facilius poſſe extricare ambagibus, occurſibus & recurſibus, quàm ſine Claui me ex tricis explicare ſteganographicis crediderim. Nonne putatis illum ſicut in prioribus, ita etiam in hoc libro myſteriis vſum? Nonne poteſt fieri vt per *motum* intellexerit operationem ipſam, & per *ſpatium viginti quatuor horarum*, viginti quatuor literas ſeu Alphabetum? Itaq; verba, non vt ſonant, ſed myſtico ſenſu acceptanda, neq; credendum, agens Phyſicum hic agere in diſtans ſine medio interpoſito, quod neſcientibus & verba non intelligentibus planè videtur. Taceo enim, quòd non ſit neceſſe, vt agens ſemper ſit præſens paſſo ſecundum ſuam ſubſtãtiam ſiue *contactu ſuppoſiti*, ſed ſufficere, ſi virtualiter præſens ſit paſſo ſeu *contactu virtutis*; Nihil dico de ſympathiis & antipathiis; Prætereo illa, quæ contra hoc dictum Philoſophicum nonnulli adferunt de Remora ſiue Eccheneide, & de Torpedine Piſcibus, quorum hic, licet exiguus cor- *An Actio in diſtans.*

pore,

pore, ingentia tamen nauigia ita ſiſtit, vt interdum Nautæ penitus non poſſint progredi, aquâ interea minimè quieſcẽte, vt refert Plinius lib. 31. cap. 1. & alij communiter: Ille verò manus & brachia Piſcatorum obſtupeſcere & torpeſcere facit, vt tamen rete nõ obſtupeſiat, teſte Ariſtotel. 9. de hiſt. animal. cap. 37. Sileo mirabilem Magnetis vim & virtutem, trahentis ferrum, non trahendo medium interiectum, vt docet quotidiana experientia; Tranſeo demùm, agens ſubinde fortius agere in paſſum remotum, quam in propinquum, vt patet ex igni, qui vehementius calefacit aquam exiſtentem in ſuperiore parte Vaſis quàm in fundo, imò, teſte Ariſtotele ſect. 15. problemate 4. & 8. fundus vaſis multò frigidior eſt, quàm ſuperior aqua, quæ tamen plus diſtat ab igni agente.

Hæc, inquam, omnia, tanquam parum ad hanc, quâ de agimus, Magiam facientia, miſſa facio, & probatæ virtutis ſummæque doctrinæ virum Trithemium tum in hoc tum in aliis prioribus libris vſum mediis natura-

turalibus fuiſſe, adeoque nihil contra Phyſicas rationes egiſſe, quantumlibet etiam quibuſdam ſuſpectus videatur, conſtanter aſſirmo. Vt quid enim in hoc libro attulit numeros arithmeticos? Cur tam ſtudiosè diuidit *motum*, hoc eſt operationē, in *proprium, directū, retrogadum, mixtū, confuſum, & c?* Cur vult vti operantem *Encauſto?* Nonne iſta omnia media ſunt Phyſica & Naturalia? Sed, vt quid amplius dicā, credis ne Lector, eſſe contra rationem Phyſicam animi ſenſa indicari poſſe ſine verbis, ſine libris, & ſine nuntio amico abſenti? quænam illæ rationes? Ipſe ego experientiā tibi oſtēdam, quod per artem, quam ex Trithemio hauſi, poſſim indicare amico menſæ meæ aſſidenti vel adſtanti, quicquid voluerit, idq; per triginta, quinquaginta vel centum, adeoque certa & præſcripta abs te verba, cui tamen amico, vel quiſquis ille ſit, nec loquar verbum, nec nuntium mittam, & quem, ſi volueris, nec etiam aſpiciam, idque Phyſicè & naturaliter. Quid, quòd noctu facum oſten-

ſione animi mei ſenſa ad integrum etiam milliare vel amplius, quantum quidem Viſus ferri poteſt, ſignificare poſſum, idq; non ſpacio ſolùm viginti quatuor horarum, ſed vnico etiam quadrante? Quod ſi hoc fieri poteſt, quare non etiam illud? Contra quas *Inferius, quādo agit de vtilitatibus Polygraphiæ & Steganographiæ.* rationes phyſicas pugnat? Sanè Trithemius ipſe ſatis clarè ſe explicat, quo nimirū modo voluntas indicari poſſit *ad quantamcunque diſtantiam ſine Nuncio & ſine literis.* NB. Nam diſtantiam illam locorum ita vult eſſe conſtitutam, vt ea ſit tamen *ſermone regulata*. Conceptum verò meum indicare poſſum *ſine nuncio*, hoc eſt, *ſciente*, ſed arcana, quæ ferat prorſus *neſciente*, vt vult Trithemius ibidem, quod eſt veriſſimum & facillimum; *Et ſine literis* intellige *viſibilibus*, ſed fortè *inuiſibilibus*, nempe, vel genere *dermatico* vel *Hyphaſmatico*, vel *Aleotico* (vt inferius docebit idem Trithemius) vel ſigno alio *hieroglyphico*. Neq; eſt, cur coniurationes iſtæ hoc in libro poſitæ, tibi ſint ſuſpectæ. Prorſus enim vti Coniurationibus

in prioribus libris vſus eſt ad velandum ſecretum, ita eodem modo vtitur & iſtis. Itaq; ſi liceret, ſaluo iudicio aliorum, meam de hoc libro ſententiam ferre, dicerẽ ſanè, cauſis & rationibus prioribus ſuffultus, totum iſtum librum tertium continere in ſe modum, mentis ſuæ arcanum detegendi amico, non quidem per literas apertas & viſibiles, ſed vel per numeros arithmeticos, qualia Orchemata numeralia pro literis plura habet Trithemius in libro ſuo Polygraphico, vel, quod magis crederem, per illos modos inuiſibiles, de quibus dicit in ſua Polygraphia loquens de Artrologiâ & dactylogiâ Bedanâ, his verbis: *Et quis veterum occultè ſcribendi modos exprimeret omnes? Alij enim familiares in miniſterio artis præpoſita bubones habebant Philophotos; alij Myſophotos alij vtroſque in practicâ vocârunt ex arte. Rurſus alij cognitas tranſpoſuêre literas Alphabeti communis, alij barbarorum ſub ſchemate proprios characteres ſibi confinxerunt. Rurſus item alii miniſterio literarum* vte-

Iudicium de tertio libro Steganographiæ.

Philophotos, id eſt, lucis amator. Fit ex Alphabeto non tranſpoſito.

Myſophotos, id eſt, tenebrarum amator. Fit ex Alphabeto tranſpoſito & occulto.

Literæ viſibiles & inuiſibiles.

vtebantur viſibilium, ſcribentes cum minio vel encauſto communi, alii verò characteres arbitrio ſuo inuiſibiles ad nutũ formauerunt. Modi verò characterum viſibilium pro ſcriptura occulta nimis ſunt multi ac penitus innumerabiles, quorum mentionem facere omnium, nec voluntatis eſt noſtræ, nec virtutis. Inuiſibilium autẽ tria ſunt genera inter mortales hodie magis vſitata.

Literarum inuiſibilium tria genera.

Dermaticũ.

Primũ nuncupatur Dermaticum, quo fit in dorſo nunciorum ſcriptura quædam artificialis per loturam cuiuſdam humoris dũtaxat viſibilis, quam penetrare nemo ſufficit, qui artis neſcierit arcanum. Secundum verò Hyphaſmaticum dicitur, quo rebus certis in panno ſcribitur, quod exſiccatum videri poteſt minimè, donec madefactum in aqua frigida cernatur. Tertium genus vocatur Aleoticum, quod eſt multiplex & varium, tam in forma quàm in materia, habetq́ modos penè innumerabiles occultè ſcribẽdi. Eius autem ſcriptura fit in charta vel ſine charta, cum nemilua & cala, cum raphocam lapolce, aliiſq́

Hyphaſmaticum.

Aleoticum. Hæc ſcribendi genera exemplis illuſtrat clariſſimus vir Adolphus à Glauburg. Patricius Francofordienſis, in libro Polygraphico.

aliiſq; rebus diuerſis. Scribuntur item literæ ac variis modis abſconduntur & locis, & ſub race tabulata, ſub roſi rilacubior, in leopi, in necoſlas, in ceocali, locubat, in ratera, in liſpilia, & aliis ſimilibus penè infinitis, &c.

NB. *Attentè lege, qui iſta legere cum fructu deſideras.*

Ecce, Lector, quàm multis modis mentis tuæ conceptum poſſis nunciare amico abſenti, etiam ſine literis, atq; ipſo neſciente qui officium gerit nunciantis, quod fortaſſe voluit Trithemius, dum in hoc libro vult literas poſſe mitti *ſine nuncio*, id quod etiam ſupra monuimus. Atq; hinc Trithemius in dicto libro tertio, de vario motu planetarū, & interpretatione tabularum, fermè ad finem, vult vti ***operantem Encauſto***, non ***communi***, quale antea loquens de literis viſibilibus retulit, ***ſed ad hoc***, vt ait, ***noſtro modo præparato.*** Eſſe verò ἐγκαυστικὴν ſiue Encauſticen genus picturæ, quod adhibito igni fiebat, coloribus ſcilicet aduſtis, & cera igni reſolutâ, Calepinus ex Apulio & Plinio refert. Hinc Trithemius ait in Epiſtola ad Boſtium, cui, quid ſteganographia doceat, ſcribit his ver-

bis; quam epiſtolam inferius totam referemus: *Secundus Liber* (planè puto eſſe hunc tertium. Nam octo libros hac de re inchoârat, quos nunc, mutato conſilio, ad quatuor redigit) *multa mirabiliora continebit. Per ignem videlicet* (ecce per ignem) *in hac arte poſſum mētis meæ conceptū notum facere artem meam ſcienti, ad quantamcunq; diſtantiam, ad centum milliaria, vel plura, ſecurè ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis, per quemcunque nuncium, qui ſi comprehenſus in via fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poteſt fateri de nuncio meo, quia nihil ſibi penitus conſtat de illo. Quicquid occurrat, nuncium meum ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud veſtigare virtute naturali, &c.* Vide infra in epiſtola ad Boſtium. Atque hoc ſuper tertio libro Steganographico Iudicium eſto.

Tertius liber Steganographiæ imperfectus.

Quod ſi quis dixerit, librum iſtum ab authore imperfectum & mancum poſteritati relictum, adeoque mirum non eſſe, ſi ad

eius

eius intelligentiam, abſente præſertim Claui, peruenire nequeamus, is re vera vt non præter rem, ita neq; præter mentem Trithemij hoc dixerit. Nam ipſe Trithemius ad Rogerium Sicambrũ, qui titulos lucubrationum Trithemianarum petierat, inter alia ita ſcribit: *Magnum poſt hæc & nimis arduum opus Steganographicum mirabilis adinuentionis in octo libros partiendum ſcribere ſum adorſus; cuius primum quidem librũ & ſecundum ad finem vſque perduxi: Tertium verò mancum & reliquos omnes dimiſi vſq; in hunc diem omnino ſepultos, multiplici conſideratione perſuaſus, cùm & labor ſit magnus, & forſitan retributio parua. Maneat ergo imperfectũ ſicut iacet, donec aliud perſuadeat vtilitas.* Idem fermè dicit in Epiſtola ad Nicolaum Phorcēſem, & alibi paſſim in ſuis Epiſtolis ad familiares. Et reuera, quàm fuerit fluctuans, & multiplici conſideratione *perſuaſus*, ne facile prodire in publicum pateretur opus Steganographicum, non ſolùm inferius ex præfatione Polygra- *Anceps Trithemius de editione ſua Steganographiæ.*

phicâ

phicâ ad Maximilianum Cæſarem; ſed vel maximè ex Epiſtola ad Ioannem Capellerium Mathematicum Pariſienſem conſtat cui ita ſcribit: *Steganographiam verò meam, cuius primos duos libros in Colonia vidiſti neſcio ſi vnquã in lucem editurus ſum, trium intuitu rationum. Prima ratio, qua me ab eius editione retrahit, eſt futuri conſideratio & timor veriſimilis mali, quod per abuſum prauorum hominum contingere poſſet, cum noſtris inuentis, mali, non minus vterentur ad malum, quàm boni ad bonum. Secunda eſt maximi laboris intentio & parua mercedis retributio. Nam, vt vidiſti, opus eſt arduum & acutiſſimæ ſpeculationis, quod ſine labore maximo nequeat conſummari. Et quæ tanti laboris retributio, niſi auri forſitan pondus modicum, quod tranſitorium eſt, & ob id à Chriſtiano monacho potiùs contemnendum? Pro mercede temporali nunquam mihi fuit animus laborandi, qui me vocatũ in vineam Regis cõſpicio ſempiterni. Tertia verò cauſa eſt, indoctæ plebis æſtimatio, quâ omne, quod non*

non intelligunt, malis artibus adſcribunt. Nihil adhuc ſcripſi, de quo meritò quiſpiam poſſit admirari, nihil feci ſtupendum, & tamen vulgi opinionem patior, dum MAGVM *me plerique arbitrantur, aſſeuerantes me ſuſcitâſſe mortuos, euocâſſe ab inferis dæmones, prædixiſſe futura, fureſque reduxiſſe carminibus & ligaſſe Latrones. Quæ omnia* CONFICTA *&* EMENTITA *nec feci vnquam nec cogitaui, &c.* Et paulò poſt: *Quid putas de me opinabitur ſtulta hominum indoctorum futura temeritas, cùm Steganographiam in lucem produxero, quæ talia de me cõfinxit mendacia, cùm nihil adhuc viderit arcani? Quamuis non magnifacio hæc garrulamenta imperitorum conſcientiæ teſtimonio cõtentus: dare tamen occaſionem ſuſpicionis malæ, quantum fuerit poſſibile, non intendo, &c.*

Ecce quàm fuerit mens conſcia recti, & quàm ſibi timuerit bonus Trithemius, ne quempiam ſuo hoc opere, præſertim indoctos & imperitos, offendat, qui de tam bonis & ſanctis ſtudiis audent ſiniſtrum ferre

 iudi-

iudicium, quæ tamen intellectu minimè prehenderunt. Sed iam ad vtilitates horum librorum tranſeamus.

Vtilitates librorum Polygraphicorum & Steganographicorum.

Sanè, quæ vtilitates & commoda ex hoc ſcribendi genere rectè vſurpato prouenire poſſint, Trithemius ipſe in ſua præfatione polygraphiæ præfixâ ad Maximilianũ Imperatorem perpulchrè, licet ex parte obſcurè, docet. Et licet vtilitates illas pleraſque ad Polygraphiam referat, poſſunt tamen, & ad Steganographiam non incommodè referri.

Prima Vtilitas.

Prima ergo, inquit Trithemius, vtilitas eſt, quòd conſummata huius operis intelligentia modum indigenti dat facilem, pro mentis tuæ arcanum tutò, ſecretè, ac ſine aliqua ſuſpicione quorumcunque intuentium notum faciendi artis induſtriam ſcienti, quàm latiſſimè fuerit opus ad quamlibet locorum diſtantiam ſermone regulatã. Quod latet in his, Steganographiæ opus eruit, quæ nec literas nec nuncium requirit arcana, quæ ferat ſciẽtem. Rem aliter quàm eſt, ne capias.

Secunda.

Secunda vtilitas eſt, quod miniſte-

Digitized by Google

niſterio huius operis in parui temporis ſpacio, hominem latini ſermonis ignarũ, modò literas tantùm legere ac ſcribere nouerit ſub linguâ maternâ, docebis ſub latina lingua vt volueris ornatè vel concinnè ſcribere, omniaque voluntatis ſuæ arcana myſteria celare, abſcondere, artemq; ſcienti quàm placuerit, latiſſimè nunciare tutò, ſecretè, & abſque ſuſpicione. Iterum præmoneo, ne aliter nos intelligas pollicitos, quàm pollicemur. Tertia vtilitas, quod Romani ſermonis imperitum, non ſolùm in paucis docebis horis quod pollicemur ſcribere ac legere ſed etiam intelligere, ſi prudenter munus officij adhibueris, quod non ſine rationabili cauſa nos duximus reſeruandum. Scribet enim artis nouæ diſcipulus quam non nouerat linguam, & latinum ſermonem ſub inſtitutione regulatâ compoſitum, intelliget, interpretabiturq; ſi iuſſeris, ipſe de verbo ſufficienter ad verbum. denique ad omnes mundi res atque negotia hæc inſtitutio poteſt ampliari. Quemadmodum iſta fieri *Tertia.*

poterint, ſi quis ex me ſcire voluerit, in primis talem ſe præſtare meminerit, vt accipere mereatur. Non enim omnia debentur omnibus, ſed alter alteri eſt præferendus.

Quarta. Quarta vtilitas eſt quòd per ampliationem ſimilitudinis rei acceptæ, omnia iſta in quālibet poſſunt linguam extendi, reducto inſtituente binario ad vnitatem. Quod tamē haud paſſim quilibet hominum poteſt, ſed ille tantùm, quem, Deo præueniente ſuâ gratiâ ſpeciali, ars & natura dignificârunt.

Quinta. Quinta vtilitas, quòd imitatione ſimilitudinis communicare poſſumus artem inuētionis noſtræ ſcienti quæcunq; mentis noſtræ arcana, quantumcunq; volueris abundè, multipliciter & latiſſimè, variis modis, qui ab alio nullo ſciri poterunt vel notari. Datur iſthic multiplex ſine voce locutio, per quam tutò, ſecurè, latiſſimè, omni ſuſpicione remotâ, mentis noſtræ conceptiones vniuerſas, quantumlibet arduas, ſcientibus artem pleniſſimè indicare poterimus. Et hæc inuentio miranda progreſſiones habet

innu-

innumerabiles omniumque myſteriorum capaces. Sexta vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius operis quamlibet metatheſim ſiue tranſpoſitionem literarum regulatam inuenire poteris, eaſque nihilominus ſic formare, quod ſolis noſcentibus artem, & alteri penitus nulli ſubſeruiant in mundo. Et magna vis eſt metatheſeos formæ ſimul & operationis, quæ & plures habet modos;& multipliciter variatur. Septima vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius voluminis maxima datur facultas cupientibus ad ampliandã ſine labore memoriam, quotiens minutiarum ſemina debitis gradibus collocantur. Omnia propter cauſam bonitatis latent arcanis verborum atque figurarum inuoluta, quæ ſi quis intelligere plenius optauerit, reuocet in mentem quoniam labor improbus omnia vincit. Mihi etenim ſatis fuerit, artis inueniſſe principia, modumque tradidiſſe ſcribendi ſymbolicè rudem, & ex propoſito informem. Nam vt cultiora noſtra formarentur inuenta nec

Sexta. *Septima.* NB.

poterint, ſi quis ex me ſcire voluerit, in primis talem ſe præſtare meminerit, vt accipere mereatur. Non enim omnia debentur omnibus, ſed alter alteri eſt præferendus.

Quarta. Quarta vtilitas eſt quòd per ampliationem ſimilitudinis rei acceptæ, omnia iſta in quālibet poſſunt linguam extendi, reducto inſtituente binario ad vnitatem. Quod tamē haud paſſim quilibet hominum poteſt, ſed ille tantùm, quem, Deo præueniente ſuâ gratiâ ſpeciali, ars & natura dignificârunt.

Quinta. Quinta vtilitas, quòd imitatione ſimilitudinis communicare poſſumus artem inuētionis noſtræ ſcienti quæcunq; mentis noſtræ arcana, quantumcunq; volueris abundè, multipliciter & latiſſimè, variis modis, qui ab alio nullo ſciri poterunt vel notari. Datur iſthic multiplex ſine voce locutio, per quam tutò, ſecurè, latiſſimè, omni ſuſpicione remotâ, mentis noſtræ conceptiones vniuerſas, quantumlibet arduas, ſcientibus artem pleniſſimè indicare poterimus. Et hæc inuentio miranda progreſſiones habet innu-

innumerabiles omniumque myſteriorum capaces. Sexta vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius operis quamlibet metatheſim ſiue tranſpoſitionem literarum regulatam inuenire poteris, eaſque nihilominus ſic formare, quod ſolis noſcentibus artem, & alteri penitus nulli ſubſeruiant in mundo. Et magna vis eſt metatheſeos formæ ſimul & operationis, quæ & plures habet modos;& multipliciter variatur. Septima vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius voluminis maxima datur facultas cupientibus ad ampliandã ſine labore memoriam, quotiens minutiarum ſemina debitis gradibus collocantur. Omnia propter cauſam bonitatis latent arcanis verborum atque figurarum inuoluta, quæ ſi quis intelligere plenius optauerit, reuocet in mentem quoniam labor improbus omnia vincit. Mihi etenim ſatis fuerit, artis inueniſſe principia, modumque tradidiſſe ſcribendi ſymbolice rudem, & ex propoſito informem. Nam vt cultiora noſtra formarentur inuenta nec *Sexta.* *Septima.* NB.

Digitized by Google

tempus erat, nec ratio, ne mel nauſeantibus vomitum, aut veritas odium pareret indignantibus. Omne tempus ſuis appreciandũ eſt meritis, & porci non ſunt vnionibus exornandi, nec pretioſis onuſtãdi margaritis. Importuna ſunt omnia, quæ moribus & tempori non concordant mortalium quibus ingeruntur. Multa fuerunt ingenia hominum nobiliſſima temporibus alienis, & plura inueniuntur noua quotidie fermè temporibus non propriis.

Quid egregio Velificatori Bartholo ſub Innocẽtio Papâ Octauo conduxit nauticæ artis miranda inuentio, quam in quodam libello venalem ducatis centum millibus pollicetur, cum nec ipſe Pontifex ſummus, nec Veneti, nec Ianuenſes, quibus rem ſuam propoſuit emendam, pro modico ſaltem cum illo dignarentur conuenire? Menſibus enim triginta, nauem arte ſuâ in medio maris poſſe ſeruare illæſam, reſarcire fractam, atq; proiecta quæque in profundum ſine periculo reuocare promiſit. Sed nemo cura-

curauit. Nec me fugit, multos cum Naſone ingenio periiſſe ſuo. Satius eſt igitur ſcientię ponere modum, quàm ſine fructu ſe odio & detractioni exponere multorum, quibus familiarius eſt ſcientiam quamlibet contemnere, quàm didiciſſe. Hæc Polygraphicus Auctor de vtilitatibus Polygraphiæ & Steganographiæ.

Sed prodi tandem, Trithemi, prodi & tuam cauſam à tanta labe, tamq; atroci iniuria Vindex ipſe defendito. Reuerendiſſimus & Doctiſſimus Vir Ioãnes Trithemius viuus adhuc & antequam ſæpè nominatũ opus Steganographiæ publicæ luci daret, cepit quorundam inuidorũ ſeu potius imperitorum hominum, præſertim cuiuſdam Bouilli dentibus adeò morderi, vt etiam in ſui defenſionem apologeticum ediderit (quod vtinam præ manibus eſſet. nam ád hanc apologeticam defenſionem non parum faceret) & opus illud Steganographicum omninò tenebris mandare decreuerit. Rem totam ſic narrat Trithemius in præfatione

Trithemius ipſe ſe defendit.

Apologia Ioannis Trithemij in Carolum Bouillum, ea, quæ nõ intellexit, temerè calumniantem.

tione

tione Polygraphica ad Maxilianum Cæſarem: Ad memorati, inquit, Principis & domini Electoris, Philippi Comitis Palatini, Bauariæque Ducis, inſtantiam, ego Ioannes Trithemius, nunc Abbas monaſterij S. Iacobi apud VVirciburg, tunc verò D. Martini præſulis in Spanheim Moguntinæ diœceſis, octo myſteriorum libros in Steganographia ſcribere cepi. Me autem in tertio iam libro eiuſdem operis lucubrationem continuante, res contigit, quàm breuiter, ſi potero, ſum dicturus. Anno dominicæ Natiuitatis Millcſimo Quadringenteſimo nonageſimo nono, Indictione Romanorum ſecundâ, ſciſcitanti per Epiſtolam Arnoldo Boſtio Carmelita Gandauēſis Oppidi, quid noui ederem, quibuſue ſtudiis occuparer, alterâ Palmarm die per mercatores vt amico reſcripſi, me habere ſub incude nouum & mirādum Steganographiæ opus, & quid in ſingulis contineretur libris, per ordinem referaui, his verbis: In manibus iam habeo grande Opus, quod ſi vnquam fuerit publicatum,

Verba Trithemij.

Ex epiſtola ad Boſtium.

catum, quod abſit, totus mundus mirabitur, cuius primi libri titulus eſt: STEGANOGRAPHIA. Erunt autem quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulis diſtinguetur. Incepi hoc opus ad inſtantiam vnius magni Principis, quem nominare nō opus eſt. Quæris, quid hoc opus docet? Maxima docet, omnibuſque neſcientibus ſtupenda & incredibilia, quę à ſeculo nunqūam ſunt audita. Primus enim liber continet pluſquã centum modos occultè ſcribēdi, quicquid velis ſine omni ſuſpicione, ſine literarum tranſpoſitione, ſine omni timore, ita vt non ſit homo in Mundo, qui naturali induſtriâ ſcire vel ſuſpicari quidē poſſit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem nouit ex me, vel ex eo, quem ego docuero. Verba ſunt plana & familiaria, omni ſuſpicione carentia, ſed intentionem meam nemo ſine arte percipere poterit in æternum, quantumcunq; ſit doctus, & eſt res verè ſtupenda. Secundus liber multò mirabiliora continebit, per ignem videlicet in hac arte

Hanc epiſtolàm refert Adolphus à Glauburg, Patricius Francofordienſis in libro Polygraphico.

H poſ-

phicâ ad Maximilianum Cæſarem; ſed vel maximè ex Epiſtola ad Ioannem Capellerium Mathematicum Pariſienſem conſtat cui ita ſcribit: *Steganographiam verò meam, cuius primos duos libros in Colonia vidiſti neſcio ſi vnquã in lucem editurus ſum, trium intuitu rationum. Prima ratio, quæ me ab eius editione retrahit, eſt futuri conſideratio & timor veriſimilis mali, quod per abuſum prauorum hominum contingere poſſet, cum noſtris inuentis, mali, non minus vterentur ad malum, quàm boni ad bonum. Secunda eſt maximi laboris intentio & parua mercedis retributio. Nam, vt vidiſti, opus eſt arduum & acutiſsimæ ſpeculationis, quod ſine labore maximo nequeat conſummari. Et quæ tanti laboris retributio, niſi auri forſitan pondus modicum, quod tranſitorium eſt, & ob id à Chriſtiano monacho potiùs contemnendum? Pro mercede temporali nunquam mihi fuit animus laborandi, qui me vocatũ in vineam Regis cõſpicio ſempiterni. Tertia verò cauſa eſt, indoctæ plebis æſtimatio, quâ omne, quod*

non

non intelligunt, malis artibus adſcribunt. Nihil adhuc ſcripſi, de quo meritò quiſpiam poſſit admirari, nihil feci ſtupendum, & tamen vulgi opinionem patior, dum MAGVM *me plerique arbitrantur, aſſeuerantes me ſuſcitâſſe mortuos, euocâſſe ab inferis dæmones, prædixiſſe futura, fureſque reduxiſſe carminibus & ligaſſe Latrones. Quæ omnia* CONFICTA *&* EMENTITA *nec feci vnquam nec cogitaui, &c.* Et paulò poſt: *Quid putas de me opinabitur ſtulta hominum indoctorum futura temeritas, cùm Steganographiam in lucem produxero, quæ talia de me cōfinxit mendacia, cùm nihil adhuc viderit arcani? Quamuis non magnifacio hæc garrulamenta imperitorum conſcientiæ teſtimonio cōtentus: dare tamen occaſionem ſuſpicionis malæ, quantum fuerit poſſibile, non intendo, &c.*

Ecce quàm fuerit mens conſcia recti, & quàm ſibi timuerit bonus Trithemius, ne quempiam ſuo hoc opere, præſertim indoctos & imperitos, offendat, qui de tam bonis & ſanctis ſtudiis audent ſiniſtrum ferre

iudicium, quæ tamen intellectu minimè prehenderunt. Sed iam ad vtilitates horum librorum transſeamus.

Vtilitates librorum Polygraphicorum & Steganographicorum.

Sanè, quæ vtilitates & commoda ex hoc ſcribendi genere rectè vſurpato prouenire poſſint, Trithemius ipſe in ſua præfatione polygraphiæ præfixâ ad Maximilianũ Imperatorem perpulchrè, licet ex parte obſcurè, docet. Et licet vtilitates illas pleraſque ad Polygraphiam referat, poſſunt tamen, & ad Steganographiam non incommodè referri. Prima ergo, inquit Trithemius, vtilitas eſt, quòd conſummata huius operis intelligentia modum indigenti dat facilem, pro mentis tuæ arcanum tutò, ſecretè, ac ſine aliqua ſuſpicione quorumcunque intuentium notum faciendi artis induſtriam ſcienti, quàm latiſſimè fuerit opus ad quamlibet locorum diſtantiam ſermone regulatã. Quod latet in his, Steganographiæ opus eruit, quæ nec literas nec nuncium requirit arcana, quæ ferat ſciẽtem. Rem aliter quàm eſt, ne capias. Secunda vtilitas eſt, quod miniſte-

Prima Vtilitas.

Secunda.

niſterio huius operis in parui temporis ſpacio, hominem latini ſermonis ignarũ, modò literas tantùm legere ac ſcribere nouerit ſub linguâ maternâ, docebis ſub latina lingua vt volueris ornatè vel concinnè ſcribere, omniaque voluntatis ſuæ arcana myſteria celare, abſcondere, artemq́; ſcienti quàm placuerit, latiſſimè nunciare tutò, ſecretè, & abſque ſuſpicione. Iterum præmoneo, ne aliter nos intelligas pollicitos, quàm pollicemur. Tertia vtilitas, quod Romani ſermonis imperitum, non ſolùm in paucis docebis horis quod pollicemur ſcribere ac legere ſed etiam intelligere, ſi prudenter munus officij adhibueris, quod non ſine rationabili cauſa nos duximus reſeruandum. Scribet enim artis nouæ diſcipulus quam non nouerat linguam, & latinum ſermonem ſub inſtitutione regulatâ compoſitum, intelliget, interpretabiturq́; ſi iuſſeris, ipſe de verbo ſufficienter ad verbum. denique ad omnes mundi res atque negotia hæc inſtitutio poteſt ampliari. Quemadmodum iſta fieri *Tertia.*

poterint, ſi quis ex me ſcire voluerit, in primis talem ſe præſtare meminerit, vt accipere mereatur. Non enim omnia debentur omnibus, ſed alter alteri eſt præferendus.
Quarta. Quarta vtilitas eſt quòd per ampliationem ſimilitudinis rei acceptæ, omnia iſta in quãlibet poſſunt linguam extendi, reducto inſtituente binario ad vnitatem. Quod tamẽ haud paſſim quilibet hominum poteſt, ſed ille tantùm, quem, Deo præueniente ſuâ gratiâ ſpeciali, ars & natura dignificârunt.
Quinta. Quinta vtilitas, quòd imitatione ſimilitudinis communicare poſſumus artem inuẽtionis noſtræ ſcienti quæcunq; mentis noſtræ arcana, quantumcunq; volueris abundè, multipliciter & latiſſimè, variis modis, qui ab alio nullo ſciri poterunt vel notari. Datur iſthic multiplex ſine voce locutio, per quam tutò, ſecurè, latiſſimè, omni ſuſpicione remotâ, mentis noſtræ conceptiones vniuerſas, quantumlibet arduas, ſcientibus artem pleniſſimè indicare poterimus. Et hæc inuentio miranda progreſſiones habet

innu-

innumerabiles omniumque myſteriorum capaces. Sexta vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius operis quamlibet metatheſim ſiue tranſpoſitionem literarum regulatam inuenire poteris, eaſque nihilominus ſic formare, quod ſolis noſcentibus artem, & alteri penitus nulli ſubſeruiant in mundo. Et magna vis eſt metatheſeos formæ ſimul & operationis, quæ & plures habet modos;& multipliciter variatur. Septima vtilitas eſt, quod per intelligentiam huius voluminis maxima datur facultas cupientibus ad ampliandã ſine labore memoriam, quotiens minutiarum ſemina debitis gradibus collocantur. Omnia propter cauſam bonitatis latent arcanis verborum atque figurarum inuoluta, quæ ſi quis intelligere plenius optauerit, reuocet in mentem quoniam labor improbus omnia vincit. Mihi etenim ſatis fuerit, artis inueniſſe principia, modumque tradidiſſe ſcribendi ſymbolicè rudem,& ex propoſito informem. Nam vt cultiora noſtra formarentur inuenta nec

Sexta.

Septima.

NB.

Digitized by Google

tempus erat, nec ratio, ne mel nauſeantibus vomitum, aut veritas odium pareret indignantibus. Omne tempus ſuis appreciandũ eſt meritis, & porci non ſunt vnionibus exornandi, nec pretioſis onuſtãdi margaritis. Importuna ſunt omnia, quæ moribus & tempori non concordant mortalium quibus ingeruntur. Multa fuerunt ingenia hominum nobiliſſima temporibus alienis, & plura inueniuntur noua quotidie fermè temporibus non propriis.

Quid egregio Velificatori Bartholo ſub Innocẽtio Papâ Octauo conduxit nauticæ artis miranda inuentio, quam in quodam libello venalem ducatis centum millibus pollicetur, cum nec ipſe Pontifex ſummus, nec Veneti, nec Ianuenſes, quibus rem ſuam propoſuit emendam, pro modico ſaltem cum illo dignarentur conuenire? Menſibus enim triginta, nauem arte ſuâ in medio maris poſſe ſeruare illæſam, reſarcire fractam, atq; proiecta quæque in profundum ſine periculo reuocare promiſit. Sed nemo

cura-

curauit. Nec me ſugit, multos cum Naſone ingenio periiſſe ſuo. Satius eſt igitur ſcientię ponere modum, quàm ſine fructu ſe odio & detractioni exponere multorum, quibus familiarius eſt ſcientiam quamlibet contemnere, quàm didiciſſe. Hæc Polygraphicus Auctor de vtilitatibus Polygraphiæ & Steganographiæ.

Sed prodi tandem, Trithemi, prodi & tuam cauſam à tanta labe, tamq; atroci iniuria Vindex ipſe defendito. Reuerendiſſimus & Doctiſſimus Vir Ioãnes Trithemius viuus adhuc & antequam ſæpè nominatũ opus Steganographiæ publicæ luci daret, cepit quorundam inuidorũ ſeu potius imperitorum hominum, præſertim cuiuſdam Bouilli dentibus adeò morderi, vt etiam in ſui defenſionem apologeticum ediderit (quod vtinam præ manibus eſſet. nam ad hanc apologeticam defenſionem non parum faceret) & opus illud Steganographicum omninò tenebris mandare decreuerit. Rem totam ſic narrat Trithemius in præfatione

Trithemius ipſe ſe defendit.

Apologia Ioannis Trithemij in Carolum Bonillum, ea, quæ nõ intellexit, temerè calumniantem.

catum, quod abſit, totus mundus mirabitur, cuius primi libri titulus eſt: STEGANOGRAPHIA. Erunt autem quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulis diſtinguetur. Incepi hoc opus ad inſtantiam vnius magni Principis, quem nominare nō opus eſt. Quæris, quid hoc opus docet? Maxima docet, omnibuſque neſcientibus ſtupenda & incredibilia, quę à ſeculo nunquam ſunt audita. Primus enim liber continet pluſquā centum modos occultè ſcribēdi, quicquid velis ſine omni ſuſpicione, ſine literarum tranſpoſitione, ſine omni timore, ita vt non ſit homo in Mundo, qui naturali induſtriâ ſcire vel ſuſpicari quidē poſſit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem nouit ex me, vel ex eo, quem ego docuero. Verba ſunt plana & familiaria, omni ſuſpicione carentia, ſed intentionem meam nemo ſine arte percipere poterit in æternum, quantumcunq; ſit doctus, & eſt res verè ſtupenda. Secundus liber multò mirabiliora continebit, per ignem videlicet in hac arte

Hanc epiſtolam refert Adolphus à Glauburg, Patricius Francofordienſis in libro Polygraphico.

H poſ-

poſſum mentis meę conceptum notum facere artem meam ſcienti ad quantamcunque diſtantiam, ad centum miliaria vel plura ſecurè ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis, per quemcunque Nuncium, qui ſi comprehẽſus in via fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poteſt fateri de nuncio meo, quia nihil ſibi penitus conſtat de illo; quicquid occurrat nuncium meum ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud veſtigare virtute naturali, &c. Voluntatem quoque meam indicare poſſum ſedenti in carcere artẽ ſcienti etiam longè abſens, quantumcunq; cuſtodiatur, etiamſi tribus miliaribus ſub terra ſederet. Et hęc omnia latiſſimè & vniuerſaliter, quãdo & quotieſcunque voluero poſſum *Naturaliter ſine aliqua ſuperſtitione vel adiutorio ſpirituum quorumcunque*. Mira ſunt, fateor, ſed audi mirabiliora. Tertius liber docet artem, per quam poſſum hominem idiotam, ſcientem tantùm linguam mater-

Tanta polli-cetur Tri-themius.

nam, qui nunquam nouit verbum Latini ſermonis, in duabus horis docere, ſcribere, legere & intelligere latinum ſatis ornatè & diſertè quantumcunq; voluerit, ita vt quicunque viderint eius literas, laudent verba, intelligant Latina compoſita. Quartus liber continet multa ſtupenda experimenta, *ſed purè naturalia*. Mentem videlicet meam indicare poſſum ſciēti artem meam inter edendum vel ſedendum cum aliis, ſine verbis, ſine nutibus quàm latiſſimè voluero, etiam inter loquendum, prædicandum, ludendum in organo vel cãtandum, ſine impedimento actionis alterius cuiuſcunque, ita vt prædicando bona & ſancta, indicem, non verbis, non ſignis, non nutibus, cuicunque ſcienti latiſſimè quicquid voluero, etiam clauſis oculis, & alia multa quartus liber continebit arcana, quæ non ſunt in publicum proferēda. Mirantur hæc omnes qui audiunt, è quibus multi ſunt Viri Nobiles atque Doctiſſimi, exiſtimantes iſta aut eſſe impoſſibilia, aut penitus ſuper-

naturalia. His ego tibique reſpondeo, quod multis reſpondi, multa naturaliter eſſe poſſibilia, quæ neſcientibus vires naturæ impoſſibilia, vel etiam ſupernaturalia videtur. Et ecce coram Deo meo loquor, qui omnia nouit, quòd ea, quæ prædixi, miranda multò ſunt excellentiora, profundiora & maiora, quàm ego ſcribere, aut tu credere poſſis, & tamen *omnia ſunt purè naturalia ſine deceptione aliquâ, ſine ſuperſtitione, ſine magicâ arte, ſine inuocatione, ſeu miniſterio quorumcunque ſpirituum.* Hæc ideò dixerim, vt ſi fortè aliquando rumor ad te peruenerit, me aut ſcire aut poſſe miranda, non me Magum dico exiſtimares, ſed Philoſophū. Nam quod Alberto Magno, profundiſſimo rerū naturalium ſcrutatori contigit, vt propter miranda, quæ occultâ virtute naturæ operatus eſt, Magus à vulgo ſit habitus, mihi ſum certus, ſimiliter contingere poſſe. Ecce coram Deo quia non mentior, neminem iſta adhuc docui, quamuis multi promittentes magna, ſæpè rogârint, præter vnum

Proteſtatio Trithemij.

Prin-

Principem, cui ſcribo, quem de poſſibilitate artis manifeſto argumento feci certiorem: nec decet iſta alios ſcire, quàm Principes, alioquin multa per ea fierent mala, traditiones, deceptiones, fornicationes, & alia quæcunque vellent homines mali. Sed benè vtentes arte, multa per eam bona Reip. facere poſſent. Poſſum autem iſta omnia docere in omni linguâ totius mūdi, quam nunquam audiui. Hæc tibi Boſti propterea ſignificare volui, ne me crederes otioſum, &c. Verùm (pergit Trithemius) priuſquàm hæc Epiſtola mea perueniſſet Gandauum, Boſtius in diebus Paſchalibus è vita migrauit ad Chriſtum. Cuius loci P. Prior literas accepit, aperuit, legit, promiſſorumq; nouitate (vt reor) attonitus, multis aliis rogantibus legendas & reſcribendas communicauit. Hinc eſt factum, quod ipſa Epiſtola mea breui tempore per totam penè Germaniam & Galliam diuulgata, ſæpiuſque à pluribus reſcripta, multos etiam doctiſſimos Viros conuertit, in ſtuporem & admirationem, vſq; adeò, vt

NB.

Finis epiſtolæ. Pergit Trithemius

quid cum veritate ſentire deberent, de me hæſitarent. Ex his fuêre nonnulli, qui meas in dictâ Epiſtolâ pollicitationes conſtanter aſſeuerarent friuolas, impoſſibiles atque mendaces, & à me inanis gloriæ causâ impudenter excogitatas. Alij verò dicebant: Magna & admiranda pollicetur iſte Abbas Trithemius, quæ ſi poteſt, non aliter quàm dæmonum miniſterio poteſt, cùm naturæ metas procul videantur excedere. Si verò non poteſt quis eum dubitabit eſſe mendacem, & ab omnibus Viris bonis & doctis meritò refutãdum? Sed abſit procul vtrumque à me, quoniam naturalia promiſi. Omnium verò incognita mea temerè iudicantium, maximè temerarius & iniquiſſimus rerum æſtimator tandem prorupit in medium, Carolus Bouillus, natione Picardus, qui cùm ſuperioribus partibus Alſatiæ peragratis, ad me gratiâ hoſpitij veniſſet in Spãheim per Treuiros rediturus in Galliam, quâ poteram humanitate; ipſum tractaui, & omnia hoſpitalitatis beneficia; quamdiu mecum

Varia iudicia hominum de Trithemio.

mecum fuit,hilari vultu exhibui. Cumque, vt fieri ſolet inter amicos maximè literarum ſtudioſos,omnia mea gratiſſimo hoſpiti exhibuiſſem videnda, cũ aliis ſe obtulit etiam memoratũ opus Steganographiæ,nec dum eo tempore conſummatum. Vidit Bouillus, & obiter legit, mente aliunde occupatus ſe adinuẽtum mirari dixit, laudauit,nec, quo intelligeretur modo, curauit. Vnde cùm non peteret intelligentiæ Clauem, nihil eorum quæ continebãtur ipſa lucubratione noſtra, meruit audire vel percipere. Reuerſus poſt hæc in Galliam, malum nobis pro bono reddidit, & Chriſtianæ fœdus amicitiæ turpiter violauit. Interrogatus enim per dominum Germanum de Ganay, communem amicum, poſtea Epiſcopum Aurelianenſem,quid apud me reperiſſet vidiſſetque in Spanheim, falſa pro veris, mendacia pro beneficiis reſcripſit, damnans & temerè iudicans ea, quæ comprehendere intellectu minimè valebat. Nam cùm doctrinæ ſibi palmam inuidiâ & mẽdacio cre-

Bouilli in Trithemium malignitas.

dcret

deret fore conferendam, Epiſtolam ad memoratum Virum doctiſſimũ, falſitate, mendaciis, iniuriis & cõtumeliis multis plenam reſcripſit, in quâ nõ intellectæ Steganographiæ mentionem faciens, me prauis artibus deditum, Magum, Necromanticum falsò, mendaciter, & nimis iniuriosè temerariâ præſumptione proclamat. Cuius mendaciſſimis iniuriis & blaſphemiis, Deo miſerante, breui taliter ſum reſponſurus, quò intelligat omnis poſteritas, & me innocẽtem, & Bouillum impium, crudelem & temerarium eſſe in hâc parte mendacem: *Conſtanter affirmo, veraciter dico, & confidenter in animam meam iuro, cum dæmonibus, prauis ac pernicioſis, magicis vel necromanticis artibus me nullum vnquam habuiſſe commercium, ſed omnia & ſingula, quæ vel ſcripſi vel ſcripturum me ſum pollicitus, pura eſſe, ſana, naturalia, & Chriſtianæ fidei in nullo penitus aduerſa. Vnde non vereor mea promiſſa coram Viris bonis & doctis, quando & quotiens opus fuerit, dare examini, quorum determi-*

Trithemius contra Bouillum ſe tuetur.

Proteſtatio Trithemij.

terminationi, nullatenus intendo reluctari. Quòd hāc Bouilanæ temeritatis hiſtoriam huic præfationi meæ interpoſui, cauſa rationabilis fuit, vt intelligant omnes maturo factum conſilio, quòd hactenus manet in tenebris opus Steganographię ſepultum, nō quòd temeraria Bouilli iudicia metuam, ſed ne cauſam pluribus videar dare ſimilibus de me ſimilia ſuſpicandi. Enimuerò quantum ad me attinet, mallem æmulos meos placare ſilentio, quàm literis irritare, vel ſcripturis ad inſaniam prouocare. Satius enim iudicaui, omnia mirabiliter inuenta perpetuo damnare ſilentio, quàm magicæ vel necromanticæ pernitioſæ ſuperſtitionis notam, falsâ etiam hominum æſtimatione incurrere. Lateat ergo Steganographia in tenebris, nec fiat Bouillanæ ſocietati mendaci communis, quæ de rebus iudicare conſueuit incognitis, & deprauare famam boni Viri ſola libidine prauitatis. Veruntamen cohortantibus amicis, vt cum Bouillo intelligant æmuli noſtri, quàm temeratam &

Cunctatio Trithemij in Stenographia edenda.

Trithemius ſtatuerat Steganographiam premere ad deuitandas calumnias.

ementitam nobis iniuriam fecerit (manente ſuis in terminis Steganographiâ) ſubiectum opus, quod Polygraphiam nuncupamus, per ſex libros diſtinctum, in lucem edere conſentimus. Legant qui volunt, & ſine ſtomacho legant hoc volumen amici, cuius cùm latentia myſteria intellexerint omnia, ipſi abſque inuidia ſint Iudices, naturalia ſint an ſuperſtitioſa. Scio enim & certus ſum, omnia eſſe ſincera, pura, naturalia & ab omni ſtudio ſuperſtitionis malæ remota. Quotiens autem ſermo præcedit obſcurior, ea fit ratione, ne gladio defenſionis veſanus abuteretur ad interitum, quem animo & mente ſanus ad ſui defert munimentum. Nihil tamen propterea in eâ continetur mali, cùm bonis etiam rebus in malum abutantur peruerſi. Quiſquis autem hanc editionem noſtram condemnare præſumpſerit, ipſe ſibi cōſcius eſt & teſtis, quòd eam nūquam veraciter intellexit. Cælantur ſub ænigmatibus myſteria, ne bacuceis fiant bubonum arcana quomodolibet manifeſta.

Digitized by Google

ſta. Si quem hæc ſcire delectat, remotâ procul inuidiâ lector accedat. *Sum enim Chriſtianus, ſum Presbyter, ſub normâ diui P. Benedicti & monachus; Chriſtum diligo, & qua poſſum ſinceritate mẽtis deuotus ſemper adoro, nulla mihi ſunt, nulla fuerunt, & protectore Deo nulla erunt cum dæmonibus commerciâ, nulla in magicis, necromanticis ſeu profanis artibus ſtudia, nullæ occupationes, nulla documenta. Qui de me aliter ſentit, malè ſentit, iniuriam facit, & apertum Bouilli mendacium defendit.* *Proteſtatio Trithemij.*

Item cap. 32. ſeu vltimo libri primi Steganographiæ, circa finem inquit: Magna ſiquidem huius artis myſteria non niſi à ſtudioſiſſimis Viris penetrari poſſunt, illis videlicet quos amor ſecretorũ & natura promoueat ad perſcrutandum, & qui deſiderio ſcientiæ conſequendæ nullum ſubire laborem honeſtum & poſſibilem recuſent. Homines autem pigri obtuſique ingenio, & quos nec amor incẽdit ad ſtudium ſecretorum ſapientiæ, nec natura iuuat, cùm hanc *Quinam apti ad ſecreta Trithemia perſcrutãda.*

noſtræ adinuentionis artem ſecretiſſimam intelligere nequiuerint, non nobis imputandum, ſed ſuæ potius ſocordiæ, pigritiæ, & malitiæ adſcribendum intelligant, quippe qui aut voluptatibus carnis mundialibuſq; curis immerſum habentes ingenium, his perluſtrandis cùm diligentia vacare nequeunt, aut ſe iam ſapiẽtes aut doctiſſimos arbitrantes, noſtras compoſitiones tãquam indignas ſuis lectionibus contemnunt. Aderunt etiam nonnulli ita priſtinis alieniſq; traditionibus conſiſtere aſſueti, vt quicquid in illis non didicerint, aut impoſſibile aut ſuperſtitioſum arbitrentur. Nihil iis ad huius profundæ artis ſcientiam ineptius, qui aut nolunt aut nequeunt altiſſima eius ſpeculari. Cæterùm eos qui & apti & voluntarij ſunt ſtudere in hac arte (ſi qui futuri ſunt) vt proficere poſſint, in fine huius libri paucis admonere ſtatuimus. Cùm primis monendi ſunt, quatenus artem ipſam ſemper teneant occultam, ne prauorum manus & notitiam penetret, qui multa & execranda

ſcelera

ſcelera per ipſam facerent. Nam etſi ars ipſa per ſe veraciter ſit bona, tamen eius practica non minus ad malum per impios, quàm ad bonum conduceret per bonos. Maneat ergo inter bonos ſecretum, quod noceret inter malos publicatum. Nec tamẽ ſcientiam iſtam boni propterea debebunt contemnere, quia malis ad malum proficit, ſicut nec gladium ſpernit, qui hominem proſternit. Ne autem hoc magnum ſecretum, inquit, in procœmio ad clauem Steganographiæ, in aures imperitorum aut prauorum hominũ deueniat, *Lector quicunque futurus es, per nomen* D E I יהוה *ineffabile, ac per ſanguinem domini noſtri* J E S V C H R I S T I *Saluatoris fidelium animarum, moneo, rogo, & adiuro, vt hanc ſcribendi ſcientiam nulli pandas indigno, impudico, carnali, ſeni malitioſo,* quoniam multa mala per eam fieri poterunt inter homines, adulteria, fornicationes, homicidia, & traditiones, ſi, quod abſit, manifeſtata fuerit. Nam ſicut bonus & honeſtus homo voluntatis ſuę ſecretum alteri ar-

Cupit Trithemius ſuã artem non temere propatori.

tem ſcienti quoties neceſſarium fuerit, pro vtilitate priuatâ vel communi, ſecurè abſq; aliquâ ſuſpicione cuiuſcunque notificare poteſt & exprimere; ſic peruerſus, impudicus, & carnali amore cæcatus, voluptatis ſuę conſentaneæ perſonæ quantumcunq; impudicè, turpiter & libidinosè ſuum malum deſiderium per honeſta, pudica & ſancta verba, determinando locum, tempus & modum conueniendi, quàm latiſſimè potuerit abſque ſuſpicione aliqua ſignificare. Sed obiiciat mihi, Aliquis, inquit Trithemius ibidem paulò ante finem, diceret: Si hāc tuam ſcientiam volebas eſſe occultam, cur eam literis commendare voluiſti? Huic ego, ſi reſpōdendum fuerit, dico, quia optimo Principi hanc occultare ſcientiam nec debui nec potui, per quam clientes ſuos, de quorum ſum ego numero, à multis periculis valeat, ſi caſus acciderit, liberare. Item in præfatione libri ſecundi Steganographiæ, inquit: Sed cum denuo ſpirituum mentionem ſim habiturus; rurſus mihi reor eſſe

Cur Trithemius Steganographiam ſuam diuulgârit?

præ-

præfandum; *Nihil in hac arte noſtra haberi friuolum, nihil Euangelicæ traditioni, aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omninò tradi ſuperſtitioſum.* Omnia enim quæ vel in præcedente volumine diximus, vel in ſequentibus dicturi ſumus, naturalibus, licitis & honeſtis ſunt ſubnixa principiis, ſoliſque peregrinis inſtitutionibus velatũ myſterium, & verba nominibus inuoluta ſpirituum lectorem requirunt eruditum. Vtimur enim miniſterio ſpiritus ad velandum ſecretum, quod noceret reprobis publicatum, &c.

Optimè dicis, Trithemi, optimè tuam cauſam agis, optimè te non tantùm à mordaci Bouillo, ſed etiam ab omni maleuola lingua, aut præſente aut futura defendis. Sed quid poſtremò in procemio ad librum primum Steganographiæ dicas, audiamus.

Et ne quis, inquit Trithemius, huius Operis Lector futurus cum in proceſſu ſæpe offenderit nomina, officia, ordines, differentias, proprietates, orationes & quaſlibet

alias

tem ſcienti quoties neceſſarium fuerit, pro vtilitate priuatâ vel communi, ſecurè abſq; aliquâ ſuſpicione cuiuſcunque notificare poteſt & exprimere; ſic peruerſus, impudicus, & carnali amore cæcatus, voluptatis ſuę conſentaneæ perſonæ quantumcunq; impudicè, turpiter & libidinosè ſuum malum deſiderium per honeſta, pudica & ſancta verba, determinando locum, tempus & modum conueniendi, quàm latiſſimè potuerit abſque ſuſpicione aliqua ſignificare.

Cur Trithemius Steganographiam ſuam diuulgàrit?

Sed obiiciat mihi, Aliquis, inquit Trithemius ibidem paulò ante finem, diceret: Si hãc tuam ſcientiam volebas eſſe occultam, cur eam literis commendare voluiſti? Huic ego, ſi reſpõdendum fuerit, dico, quia optimo Principi hanc occultare ſcientiam nec debui nec potui, per quam clientes ſuos, de quorum ſum ego numero, à multis periculis valeat, ſi caſus acciderit, liberare. Item in præfatione libri ſecundi Steganographiæ, inquit: Sed cum denuo ſpirituum mentionem ſim habiturus; rurſus mihi reor eſſe

 præ-

præſandum; *Nihil in hac arte noſtra haberi friuolum, nihil Euangelicæ traditioni, aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omninò tradi ſuperſtitioſum.* Omnia enim quæ vel in præcedente volumine diximus, vel in ſequentibus dicturi ſumus, naturalibus, licitis & honeſtis ſunt ſubnixa principiis, ſoliſque peregrinis inſtitutionibus velatū myſterium, & verba nominibus inuoluta ſpirituum lectorem requirunt eruditum. Vtimur enim miniſterio ſpiritus ad velandum ſecretum, quod noceret reprobis publicatum, &c.

Optimè dicis, Trithemi, optimè tuam cauſam agis, optimè te non tantùm à mordaci Bouillo, ſed etiam ab omni maleuola lingua, aut præſente aut futura defendis. Sed quid poſtremò in prooemio ad librum primum Steganographiæ dicas, audiamus.

Et ne quis, inquit Trithemius, huius Operis Lector futurus cum in proceſſu ſæpe offenderit nomina, officia, ordines, differentias, proprietates, orationes & quaſlibet alias

alias operationes ſpirituum, per quorum
intelligentias hæc ſecreta huius ſcientiæ o-
mnia clauduntur & aperiuntur, me Necro-
manticum & Magum, vel cum dæmoni-
bus pactum contraxiſſe, vel qualibet alia ſu-
perſtitione vſum vel vtentem credat vel ex-
iſtimet, neceſſarium duxi & opportunum,
famam & nomen meum à tantâ labe, iniu-
riâ, culpâ & maculâ ſolemni proteſtatione
in hoc prologo cum veritate vendicando
præſeruare. *Dico ergo, & coram omnipotenti*
Deo, quem nihil penitus latere poteſt, & co-
ram IESV CHRISTO *vnigenito filio eius,*
qui iudicaturus eſt viuos & mortuos in ve-
ritate dico, iuro & proteſtor: Omnia & ſingu-
la, quæ in hoc opere dixi vel dicturus ſum, om-
neſq́; huius ſcientiæ vel artis proprietates, mo-
di, figuræ, operationes, traditiones, receptio-
nes, formationes, adinuentiones, inſtitutio-
nes, mutationes, alterationes, & vniuerſa
quæ ad eius ſpeculationem, inuentionem, con-
ſecutionem, operationem & practicam, vel in
parte vel in toto pertinent, & omnia quæ in
hoc

Solennis Trithemij proteſtatio.

hoc noſtro volumine continentur, veris, Catholicis & naturalibus principiis innitūtur, ſiuntq́; omnia & ſingula cum Deo, cum bona conſcientiâ, ſine iniuriâ Chriſtianæ fidei, cum integritate Eccleſiaſticæ traditionis, ſine ſuperſtitione quacunque, ſine idololatriâ, ſine omni pacto malignorū ſpirituum explicito vel implicito; ſine ſuffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, ſacrificio, oblatione dæmonum, & ſine omni culpa vel peccato tam veniali quàm mortali, ſiuntq́; omnia & ſingula cum veritate, rectitudine, ſinceritate & puritate. Vt huius adinuentionis ſcientia & practica ad bonū vſum non dedeceat Virum ſapientem, Chriſtianum bonum atq́; fidelem. Nam & ego Chriſtianus ſum, & monaſticæ cōuerſationi voluntariè addictus, cupioq́; nō aliter viuere & conuerſari, quàm verum deceat Chriſtianum & Monachum ſub regula D. Patris Benedicti profeſſum, ipſamq́; fidem Catholicam, ſecūdum traditionem S. Romanæ Eccleſiæ ſuſcepi à cunabulis, Baptizatus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,

quam cum ipſa & vniuerſali Chriſtianorum Eccleſia teneo, credo, & q̃ diu vixero, cũ Dei auxilio ſemp̃ inuiolatam firmiter ſeruãs, corde, ore & opere tenebo, nec vnq̃ ab ipſa deuiare quacunq; occaſione intendo. Procul ergo ſit à me aut diſcere aut docere aliq̃d, q́ ſit Chriſtianæ fidei & puritati contrarium, ſanctis moribus noxium, aut regulari propoſito quomodolibet aduerſum. Deum timeo & in eius cultũ iuraui, à quo nec viuus, nec, vt confido, mortuus ſeparabor. Hanc proteſtationem meam non ſine cauſa toti huic operi noſtro præpoſui, propterea q́ nouerim plures eſſe futuros, qui, cùm ea, quæ ſcripſimus, intelligere nequeant, ad iniurias conuerſi bona & ſancta ſtudia noſtra malis artibus aut ſuperſtitioſis adinuentionibus ſint conceſſuri. His cùm futuri ſint, & omnibus quicunque hæc noſtra ſynthemata ſunt lecturi, attentè ſupplicamus, vt ſi hanc ſecretam traditionem noſtram intellexerint, perpetuò ſeruẽt occultam, nec myſteria tam miranda tranſfundant in publicum. Si verò non intelle-

xerint

xerint (quod multis ſcimus futurũ) diſcant priùs quàm reprehendant. Enimuerò temerarium ſe Iudicem oſtendit, qui, priuſquàm cauſę veritatem agnouerit, profert de ea ſententiam. Diſcite prius hanc artem & poſtea iudicate, quam ſi nequiueritis intelligere, non ipſam, quia bona eſt, ſed obtuſa ingenia veſtra reprobate. Scio enim & certus ſum, neminẽ ſanæ mentis hoc opus noſtrum poſſe reprehendere, niſi ipſum contingat penitus ignorare. Eos autem quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere, quàm didiciſſe, nec opto nec vellem hæc myſtica noſtra penetrare. Hæc in ſui defenſionem Trithemius.

Audiſti credo, quiſquis Magiæ Trithemium ſuperſtitioſæ aut tacitè aut expreſsè incuſas, ſolemnem hanc eius & planè Catholico Viro dignam proteſtationem, audiſti defenſionem, audiſti quantum roget, quantum contendat, ne ipſum Magum aut Necromanticum vel vllis ſuperſtitionibus vſum crederes, quod vtiq; tam crebrò tam-

ementitam nobis iniuriam fecerit (manente ſuis in terminis Steganographiâ) ſubiectum opus, quod Polygraphiam nuncupamus, per ſex libros diſtinctum, in lucem edere conſentimus. Legant qui volunt, & ſine ſtomacho legant hoc volumen amici, cuius cùm latentia myſteria intellexerint omnia, ipſi abſque inuidia ſint Iudices, naturalia ſint an ſuperſtitioſa. Scio enim & certus ſum, omnia eſſe ſincera, pura, naturalia & ab omni ſtudio ſuperſtitionis malæ remota. Quotiens autem ſermo præcedit obſcurior, ea fit ratione, ne gladio defenſionis veſanus abuteretur ad interitum, quem animo & mente ſanus ad ſui defert munimentum. Nihil tamen propterea in eâ continetur mali, cùm bonis etiam rebus in malum abutantur peruerſi. Quiſquis autem hanc editionem noſtram condemnare præſumpſerit, ipſe ſibi cõſcius eſt & teſtis, quòd eam nũquam veraciter intellexit. Cælantur ſub ænigmatibus myſteria, ne bacuceis fiant bubonum arcana quomodolibet manifeſta.

ſta. Si quem hæc ſcire delectat, remotâ procul inuidiâ lector accedat. *Sum enim Chriſtianus, ſum Presbyter, ſub normâ diui P. Benedicti & monachus; Chriſtum diligo, & quã poſſum ſinceritate mẽtis deuotus ſemper adoro. nulla mihi ſunt, nulla fuerunt, & protectore Deo nulla erunt cum dæmonibus commerciâ, nulla in magicis, necromanticis ſeu profanis artibus ſtudia, nullæ occupationes, nulla documenta. Qui de me aliter ſentit, malè ſentit, iniuriam facit, & apertum Bouilli mendacium defendit.*

Proteſtatio Trithemij.

Item cap. 32. ſeu vltimo libri primi Steganographiæ, circa finem inquit: Magna ſiquidem huius artis myſteria non niſi à ſtudioſiſſimis Viris penetrari poſſunt, illis videlicet quos amor ſecretorũ & natura promoueat ad perſcrutandum, & qui deſiderio ſcientiæ conſequendæ nullum ſubire laborem honeſtum & poſſibilem recuſent. Homines autem pigri obtuſiq́ue ingenio, & quos nec amor incẽdit ad ſtudium ſecretorum ſapientiæ, nec natura iuuat, cùm hanc

Quinam apti ad ſecreta Trithemia perſcrutãda.

Digitized by Google

noſtræ adinuentionis artem ſecretiſſimam intelligere nequiuerint, non nobis imputandum, ſed ſuæ potius ſocordiæ, pigritiæ, & malitiæ adſcribendum intelligant, quippe qui aut voluptatibus carnis mundialibuſq; curis immerſum habentes ingenium, his perluſtrandis cùm diligentia vacare nequeunt, aut ſe iam ſapiẽtes aut doctiſſimos arbitrantes, noſtras compoſitiones tãquam indignas ſuis lectionibus contemnunt. Aderunt etiam nonnulli ita priſtinis alieniſq; traditionibus conſiſtere aſſueti, vt quicquid in illis non didicerint, aut impoſſibile aut ſuperſtitioſum arbitrentur. Nihil iis ad huius profundæ artis ſcientiam ineptius, qui aut nolunt aut nequeunt altiſſima eius ſpeculari. Cæterùm eos qui & apti & voluntarij ſunt ſtudere in hac arte (ſi qui futuri ſunt) vt proficere poſſint, in fine huius libri paucis admonere ſtatuimus. Cùm primis monendi ſunt, quatenus artem ipſam ſemper teneant occultam, ne prauorum manus & notitiam penetret, qui multa & execranda

ſcelera

ſcelera per ipſam facerent. Nam etſi ars ipſa per ſe veraciter ſit bona, tamen eius practica non minus ad malum per impios, quàm ad bonum conduceret per bonos. Maneat ergo inter bonos ſecretum, quod noceret inter malos publicatum. Nec tamē ſcientiam iſtam boni propterea debebunt contemnere, quia malis ad malum proficit, ſicut nec gladium ſpernit, qui hominem proſternit. Ne autem hoc magnum ſecretum, inquit, in proœmio ad clauem Steganographiæ, in aures imperitorum aut prauorum hominū deueniat, *Lector quicunque futurus es, per nomen* D E I יהוה *ineffabile, ac per ſanguinem domini noſtri* J E S V C H R I S T I *Saluatoris fidelium animarum, moneo, rogo, & adiuro, vt hanc ſcribendi ſcientiam nulli pandas indigno, impudico, carnali, ſeni malitioſo,* quoniam multa mala per eam fieri poterunt inter homines, adulteria, fornicationes, homicidia, & traditiones, ſi, quod abſit, manifeſtata fuerit. Nam ſicut bonus & honeſtus homo voluntatis ſuę ſecretum alteri ar-

Cupit Trithemius ſuã artem non temere propatori.

tem ſcienti quoties neceſſarium fuerit, pro vtilitate priuatâ vel communi, ſecurè abſq; aliquâ ſuſpicione cuiuſcunque notificare poteſt & exprimere; ſic peruerſus, impudicus, & carnali amore cæcatus, voluptatis ſuę conſentaneæ perſonæ quantumcunq; impudicè, turpiter & libidinosè ſuum malum deſiderium per honeſta, pudica & ſancta verba, determinando locum, tempus & modum conueniendi, quàm latiſſimè poterit abſque ſuſpicione aliqua ſignificare. Sed obiiciat mihi, Aliquis, inquit Trithemius ibidem paulò ante finem, diceret: Si hãc tuam ſcientiam volebas eſſe occultam, cur eam literis commendare voluiſti? Huic ego, ſi reſpõdendum fuerit, dico, quia optimo Principi hanc occultare ſcientiam nec debui nec potui, per quam clientes ſuos, de quorum ſum ego numero, à multis periculis valeat, ſi caſus acciderit, liberare. Item in præfatione libri ſecundi Steganographiæ, inquit: Sed cum denuo ſpirituum mentionem ſim habiturus, rurſus mihi reor eſſe

Cur Trithemius Steganographiam ſuam diuulgârit?

 præ-

præfandum; *Nihil in hac arte noſtra haberi friuolum, nihil Euangelicæ traditioni, aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omninò tradi ſuperſtitioſum.* Omnia enim quæ vel in præcedente volumine diximus, vel in ſequentibus dicturi ſumus, naturalibus, licitis & honeſtis ſunt ſubnixa principiis, ſoliſque peregrinis inſtitutionibus velatũ myſterium, & verba nominibus inuoluta ſpirituum lectorem requirunt eruditum. Vtimur enim miniſterio ſpiritus ad velandum ſecretum, quod noceret reprobis publicatum, &c.

Optimè dicis, Trithemi, optimè tuam cauſam agis, optimè te non tantùm à mordaci Bouillo, ſed etiam ab omni maleuola lingua, aut præſente aut futura defendis. Sed quid poſtremò in proœmio ad librum primum Steganographiæ dicas, audiamus.

Et ne quis, inquit Trithemius, huius Operis Lector futurus cum in proceſſu ſæpe offenderit nomina, officia, ordines, differentias, proprietates, orationes & quaſlibet

alias

alias operationes ſpirituum, per quorum intelligentias hæc ſecreta huius ſcientiæ omnia clauduntur & aperiuntur, me Necromanticum & Magum, vel cum dæmonibus pactum contraxiſſe, vel qualibet alia ſuperſtitione vſum vel vtentem credat vel exiſtimet, neceſſarium duxi & opportunum, famam & nomen meum à tantâ labe, iniuriâ, culpâ & maculâ ſolemni proteſtatione in hoc prologo cum veritate vendicando præſeruare. *Dico ergo, & coram omnipotenti Deo, quem nihil penitus latere poteſt, & coram* IESV CHRISTO *vnigenito filio eius, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos in veritate dico, iuro & proteſtor: Omnia & ſingula, quæ in hoc opere dixi vel dicturus ſum, omneſq; huius ſcientiæ vel artis proprietates, modi, figuræ, operationes, traditiones, receptiones, formationes, adinuentiones, inſtitutiones, mutationes, alterationes, & vniuerſa quæ ad eius ſpeculationem, inuentionem, conſecutionem, operationem & practicam, vel in parte vel in toto pertinent, & omnia quæ in hoc*

Solennis Trithemij proteſtatio.

Digitized by Google

hoc noſtro volumine continentur, veris, Catholicis & naturalibus principiis innitũtur, fiuntq́; omnia & ſingula cum Deo, cum bona conſcientiâ, ſine iniuriâ Chriſtianæ fidei, cum integritate Eccleſiaſticæ traditionis, ſine ſuperſtitione quacunque, ſine idololatriâ, ſine omni pacto malignorũ ſpirituum explicito vel implicito; ſine ſuffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, ſacrificio, oblatione dæmonum, & ſine omni culpa vel peccato tam veniali quàm mortali, fiuntq́; omnia & ſingula cum veritate, rectitudine, ſinceritate & puritate. Vt huius adinuentionis ſcientia & practica ad bonũ vſum non dedeceat Virum ſapientem, Chriſtianum bonum atq́; fidelem. Nam & ego Chriſtianus ſum, & monaſticæ cõuerſationi voluntariè addictus, cupioq́; nõ aliter viuere & conuerſari, quàm verum deceat Chriſtianum & Monachum ſub regula D. Patris Benedicti profeſſum, ipſamq́; fidem Catholicam, ſecũdum traditionem S. Romanæ Eccleſiæ ſuſcepi à cunabulis, Baptizatus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,

K quam

quam cum ipſa & vniuerſali Chriſtianorum Eccleſia teneo, credo, & q̃ diu vixero, cũ Dei auxilio ſemp inuiolatam firmiter ſeruãs, corde, ore & opere tenebo, nec vnq̃ ab ipſa deuiare quacunq; occaſione intendo. Procul ergo ſit à me aut diſcere aut docere aliq̃d, q̃ ſit Chriſtianæ fidei & puritati contrarium, ſanctis moribus noxium, aut regulari propoſito quomodolibet aduerſum. Deum timeo & in eius cultũ iuraui, à quo nec viuus, nec, vt confido, mortuus ſeparabor. Hanc proteſtationem meam non ſine cauſa toti huic operi noſtro præpoſui, propterea q̃ nouerim plures eſſe futuros, qui, cùm ea, quæ ſcripſimus, intelligere nequeant, ad iniurias conuerſi bona & ſancta ſtudia noſtra malis artibus aut ſuperſtitioſis adinuentionibus ſint concelluri. His cùm futuri ſint, & omnibus quicunque hæc noſtra ſynthemata ſunt lecturi, attentè ſupplicamus, vt ſi hanc ſecretam traditionem noſtram intellexerint, perpetuò ſeruẽt occultam, nec myſteria tam miranda transfundant in publicum. Si verò non intelle-

xerint

xerint (quod multis ſcimus futurũ) diſcant priùs quàm reprehendant. Enimuerò temerarium ſe Iudicem oſtendit, qui, priuſquàm cauſę veritatem agnouerit, profert de ea ſententiam. Diſcite prius hanc artem & poſtea iudicate, quam ſi nequiueritis intelligere, non ipſam, quia bona eſt, ſed obtuſa ingenia veſtra reprobate. Scio enim & certus ſum, nemine ſanæ mentis hoc opus noſtrum poſſe reprehendere, niſi ipſum contingat penitus ignorare. Eos autem quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere, quàm didiciſſe, nec opto nec vellem hæc myſtica noſtra penetrare. Hæc in ſui defenſionem Trithemius.

Audiſti credo, quiſquis Magiæ Trithemium ſuperſtitioſæ aut tacitè aut expreſsè incuſas, ſolemnem hanc eius & planè Catholico Viro dignam proteſtationem, audiſti defenſionem, audiſti quantum roget, quantum contendat, ne ipſum Magum aut Necromanticum vel vllis ſuperſtitionibus vſum crederes, quod vtiq; tam crebrò tam-

que ſollicitè non faceret, ſi prauis eiuſmodi artibus vnquam deditus fuiſſet. Nemo ergo mortuo iniuriam faciat, viuus quam fecit nemini. Cogitet quiſque omnia & ſingula à Trithemio obſcuriùs tradita, ob certas & ſæpe nominatas cauſas eſſe tradita, & caueat, ne cum Bouillo aliiſque hanc artem neſcientibus & temerè iam olim condemnantibus, iuſtam Trithemij cenſuram mereatur. Atque hæc quæ Trithemius ipſe in ſui defenſionem Vindex dicere habuit, attuliſſe ſufficiat. Ex laribus noſtris Clauſtralibus anno 1615.

FRAGMENTVM

EX LIBRO JO-
ANNIS TRITHE-
MII OCTO QVÆ-
STIONVM AD MA-
XIMILIANVM
CÆSAREM.



Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem.

Dolet, amice Lector, admodum Reuerendus & doctiſsimus Pater, Ioannes Buſaus, Societatis IESV *Theologus, in epiſtola dedicatoria ſui voluminis Trithemiani ad Reuerendiſsimum & Illuſtriſsimum Principem, Archiepiſcopum Moguntinum, ſacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarium & Principem Electorem, &c. quod, licet per multas, eaſq́ vicinas & remotas, ſua alienaq́ ope, excuſſerit Bibliothecas non potuerit tamen omnes nanciſci Trithemij lucubrationes, quas vel ipſe in Eccleſiaſticorum ſcriptorũ Elencho, Chronicoq́ Spanheimenſi, & Epiſtolis, vel eius diſcipulus* IOANNES DVRACLVSIVS *vno ante obitum eius anno in epiſtola ad Nicolaum Hamerium data, accuratè conſignauit. Et certè dolendum maximè*

ximè eſt, tam multa & præclara Trithemij ſcripta vno quaſi ſeculo ita eſſe abolita & iacere ſepulta, vt eorum nec vllum quaſi amplius veſtigium ſupereſſe cernatur. Incidi tamen non ita pridem in fragmẽtum quoddam Trithemianum (quod ipſum propterea fragmentum appello, quia iniuria temporum totum non exſtat) ſeu Reſponſiones ad octo quæſtiones Cæſaris Maximiliani, quas etiam Ioannes Duracluſius Trithemij diſcipulus in catalogo librorum Trithemianorum retulerat; quod fragmentum quia rari & iucundi argumenti eſt, illudq́ nec P. Buſæus, qui opera Trithemii ſpiritualia ſub vno volumine, nec ante illum Marquardus Freherus, Conſiliarius Palatinus, qui opera Trithemii hiſtorica binis tomis comprehendit, ſuis voluminibus adiunxêre, tibi hic, erudite Lector, ponere legendum diſcutiendumq́ placuit, vt & illud ab interitu vindicarem, & te iucunda ſimul lectione afficerem.

Vale & fruere.

DE

DE REPROBIS ATQVE MALEFICIS.

Quæſtio quinta.

QVinta sereniſſimæ celſitudinis tuæ quæſtio fuit iſta, Quare homines impij, mali & reprobi circa fidem, vt ſunt illæ mulieres quas vulgò maleficas nuncupamus, ſpiritibus queant imperare malignis, cùm viri boni & fidei Chriſtianę ſtudioſiſſimi obſeruatores, neq; bonis ſpiritibus imperare poſſint, nec ſemper malignis.

Ad hanc quæſtionem ita me pridem memini reſpondiſſe. In omnibus diuinæ maieſtatis operibus ſeries & ordo pulchritudinis eſt inuiolabilis æquitatis, quo ſingula conuenienter diſpoſita, in eo, quem acceperunt gradu perſeuerant. Nam ſine ordine proprio libertas arbitrij, quam creator *Imperium Maleficorũ in dæmonem vnde & quale.*

omnium dedit hominibus, nulla impellitur violentia poteſtatis, quo minus ſemper maneat in ordine, quem à principio creationis ſuæ homo primus accepit: vnde nemo bonus inter mortales, niſi propriæ conſilio voluntatis adiutus, per gratiam miſerentis Dei, & nemo malus, niſi ſuâ ſpontè gratia deſtitutus propter obſtaculum peccati, volũtatis autem rectitudine bonis ſpiritibus efficimur ſimiles, ſi pietatem fidei quam habemus in Chriſtum, ſanctis & neceſſariis operibus comprobemus. Et ſicuti bonæ voluntatis conſummatio bonos homines ſpiritibus pares facit angelicis, ita peruerſitas impiorum, eos ſimiles reddit dæmonibus. Vnde mali homines atque peruerſi quanto amplius malitia propriæ voluntatis deprauati fuerint, tanto fiunt dæmonibus affectu ſimiliores. Similitudine verò amicitiæ familiaritas introducitur, ex quâ paulatim confidentia minoris in maiorem naſcitur imperium ſiue ſit verum ſiue aſtutiâ ſimulatum. Prauorum itaque homi-

mi-

minum, ſi quod imperium eſſe videtur in dæmones, ex magnitudine prauitatis oritur, quando videlicet affectus eorum vſque adeò deprauatur, quòd concurrentium ſibi dæmonum malitiam volũtate reprobâ vel ſuperant vel æquant. Non enim ſunt dæmones omnes malitia vel intelligẽtia pares, ſed eſt alius alio multum & aſtutior agilitate intelligendi, & deprauatâ affectione longè deterior. Nam qui labentes è ſedibus altis terræ magis coniuncti, cauernas, ſpeluncaſq; inhabitant, cæteris profectò ſunt obtuſiores, vſq; adeò quòd & gladios metuant, & virgas, miniſque moueri videntur territantium hominum: quemadmodum in his cõtueri licet, quos energumenos appellamus. Dæmones autem qui magis remoti commorantur à terra, & ſubtilioris ſunt naturæ, & rarius conueniunt hominibus: homines verò malitia pleni quanto magis in voluntatis peruerſitate profecerint, tanto fiunt ſimiliores dæmonibus, à quibus in familiaritatem admiſſi, iam deinceps effici-

untur audaces, accipiuntque ſuper dæmones quorum familiaritate vtuntur, imperium non violentæ poteſtatis, ſed fictæ ſimulationis. Dæmones enim, vt eos homines quos ſemel in deditionem acceperunt, voluntarios in eorum prauitate cõtineant, ſimulata ſe dominatione motos libenter ſe illis ſubiiciunt, & quòd ſponte faciunt, quaſi compellantur ad obedientiam fingunt. Nemo quippe verum ſuper dæmones imperium conſequitur, niſi quem fides in Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM per ſanctitatis meritum fecerit Deo acceptabilem & amicum. Sic enim de verè credentibus in Dominum IESVM ſcriptura dicit: Et eis dedit poteſtatem ſuper omnia dęmonia. Imperant ergo dæmonibus homines mali, quos illis maleuolentia ſimiles, ſimilitudo familiares, & familiaritas proprios fecit atq; ſubiectos. Quemadmodum ſi magno Principi (quod fieri ſæpe contingit) ſeruorum quiſpiam humili natus loco diuturnâ familiaritate cõiunctus imperare dicatur, à quo

I totum

Digitized by Google

totum quod poſtulauerit, ſine contradictione aſſequitur; vt magis ipſe dominum regere, quàm ab eo regi videatur: Iuxta hanc ſimilitudinem homines mali & reprobi qui à dæmonibus in eorum admittuntur familiaritatem, & fiunt protractiore confidentiâ multum audaces, accipiuntq; ſimulatum in illos, ne dicam familiare imperium, quod prauiſſimæ voluntatis ſimilitudine meruerunt. Vnde quicquid à dæmonibus ſibi ex compacto implicito vel explicito concurrentibus expoſtulauerint, accipiunt: niſi quoties ordinatione diuinâ prohibiti, præſtare nequeunt quod petitur. Nec tamen paſſim reprobis & malis ita concurrunt omnibus, ſed illis duntaxat cum quibus interueniente compacto aliquo fœdera inierunt, vt ſunt maleficæ mulieres, quæ homagium præſtitêre diabolo: & inuocatores illi dæmonum, quos vſitato vocabulo necromanticos vulgus nuncupat. Duo ſunt genera hominum, qui dæmonibus imperare licitè poſſunt. Primum quidem illorum eſt

hominum, qui merito ſanctitatis Deo dilecti poteſtatem ab ipſo conculcandi caput antiqui ſerpentis acceperunt, quales in eccleſia primitiua fuerunt Apoſtoli, eorumq; ſequaces atq; diſcipuli, de quibus in ſancto Euangelio Dominus loquitur: in nomine meo dæmonia eiicient, & quia ſerpentes tollent. Secundum verò genus eorum eſt hominum, quibus ratione ordinis in eccleſia Dei conceditur, vt dæmones de hominũ corporibus accepti poteſtate miniſterij depellant. Et hoc miniſterium exorciſtis in eccleſia Dei committitur, quando videlicet à Pontifice ordinantur. Rurſus ſunt duo genera hominum, qui dæmonibus imperare cupiunt, quod quam illicitè pręſumant iniquiſſimis conditionibus oſtendunt. Primũ genus pernicioſiſſimũ eſt maleficarum: quę pacta ineunt cum dæmonibus & profeſſione ſolemni præmiſſa in ius proprietatis perpetuumque obſequium dæmonum alicui ſemetipſas tradunt. Quanta mala hoc pernicioſiſſimum genus hominũ faciat in imperio

Exorciſtæ.

perio

perio tuo, nemo eſt, Sapiētiſſime Cæſar, qui poſſit exprimere. Nam Deum in primis fidemque Chriſti, & ſacrum baptiſma negantes, ſe mente & corpore dęmonibus offerūt, homines & iumenta ſuis maleficiis infirmant, lædunt & occidunt. Non eſt morbus quem (permittente Deo) non poſſint inducere: quia cum ſe dæmonibus in obſeruatione compacti fœderis famulatrices exhibent, illorum comparatione quicquid voluerint audent. Vnde non ſunt vſpiam tolerandæ, ſed potius in loco omni funditùs exterminādæ omnium Creatore Deo ſic præcipiente: Maleficos non patieris viuere. Maleficarum aliæ carminibus dæmones aduocant, aliæ precationibus & ſacrificiis eos alliciunt, reliquæ nefandis rebus & cæremoniis eos prouocantes in adiutorium impietatis ſuæ trahunt. Mirandum igitur non eſt, quod maleficæ dæmonibus imperare vidētur, quibus pietate peruerſæ voluntatis factæ ſunt ſimiles, & mutuâ conuerſatione in malum humani generis concordes. Secun-

dum

dum genus prauorum hominum dæmonibus imperare volentium illorum eſt, quos vulgò Necromanticos appellamus, qui artes profitentur execrationibus plenas, quibus pollicentur ſe dæmones in circulũ poſſe conuocare, vel in chryſtallum ſiue vas aliud incluſos palàm viſibiles oſtendere. Hi pernicioſiſſimi homines pleni mendacio & ſuperſtitionibus tanta committunt mala, quãta bonus nemo poſſet excogitare. Nam vt in obſequium ſibi dæmones alliciant, ſacrificiis turpiſſimis plerunq; vtuntur, & expreſſum cum eis ineunt pactum: multos varioſque libellos circumferunt ſpurcitiis, impietate, ac mendacio plenos, veterumq́; Philoſophorum & Sapientum nominibus fallaciter inſcriptos, quorum exhibitione incautos & curioſos plures decipiunt, & in foueam dæmonum ſecum trahũt. Promittũt magna & penitus incredibilia, quorum auditione homines in admirationem mendaciter ſuſpendunt. Annulis, pentaculis, imaginibus, exorciſmis & cõiurationibus, dicunt

dicũt ſe dæmones poſſe coartare malignos, vt in circulo vel in cryſtallo ſeu alio receptaculo viſibiles appareant, & ad omnia interrogata diſtinctè reſpondeant. Hoc omnes quidem promittunt, ſed pauciſſimi noſtris temporibus inueniuntur, quibus maligni ſpiritus etiam malis per hunc modum obediant, Deo id iuſtiſſima ratione nõ permittente, ne curioſitas hominum ad nouitates prona, contemptâ religione Chriſti, ſuffragia in neceſſitate poſtularet à dæmonibus. Omnes autem quibus maligni ſpiritus aduocati coniurationibus necromãticorum obediunt, in eorum conſortium per pactũ explicitum vel implicitũ ſine dubio tranſierunt: reliquorum verò maior eſt numerus, quibus obedire maligni ſpiritus deſpiciunt, quamuis in profanis ſe necromanticorum artibus omni tempore non vereantur occupare. Et quia noſtris maximè temporibus abundare cœpit iniquitas, & refriguit charitas multorum, iſti maledicti ac mendaciſſimi homines nimium inualuerunt: & quã-

uis contemnantur à dæmonibus; nihilominus in ſuis pernicioſis dogmatibus perſeuerantes multos decipiunt. Crede mihi Cæſar, quoniam hoc mendaciſſimum genus hominum ſacro imperio tuo valde eſt pernitioſum, & ideò non minus quàm maleficarum ſcaturigo penitus exterminādum. pollicentur magna, & mentiuntur omnia. Enimuerò cuncta quæ in libris eorum promittuntur, vana ſunt & mentita: & nihil præſtant credentibus aliud, quàm dolos, fraudes & ſubtiliſſimas deceptiones. Quòd ſi quando videntur exhibere promiſſa, non aliter quàm dæmonum id fieri cooperatione manifeſtum ſit omnibus, à quorum cōſortio non minus eſt fugiendum quàm à ſæuiſſimis inferni cruciatibus. Occurrunt enim plerunq; his necromanticis operationibus dæmones, & vt inuocatores ſuos in ceptà perfidià pertinaces contineant, eis ſi poſſunt rogata præſtant: aliquando verò coniurationibus inuocati comparere deſpiciunt, & nihilominus inuocantium ſe

Pernitioſiſsimum genus hominum maleficorum.

mentes abduxerunt. Eſt & aliud genus hominum non minus fatuum quàm ſuperſtitioſum, illorum videlicet, qui nullum volunt cum dæmonibus habere cõmercium, & nihilominus rebus vtuntur in operationibus vanis dæmonibus appropriatis, & ob id penitus illicitis. Putant enim characteribus magnam & occultam ineſſe virtutem, & ideò varios cõtra fidem Chriſti committunt errores: verùm, quia nõ eſt huius temporis eorum recenſere veſaniam, propoſitũ noſtrum proſequamur. Quare autem boni & iuſti homines ſuper dæmones non conſequãtur imperium, breuiter eſt dicendum.

Characteres magici à Trithemio damnati.

Quemadmodum ſimilitudo voluntatum, homines malos & impios pares facit eſſe dæmonibus, ita bonos & iuſtos diſſimilitudo voluntatum eis reddit omnino contrarios: inter contrarios verò atque diſſimiles nulla poteſt eſſe familiaritas, ſed repugnantia potius cõtinua verſatur & odium. Vbi autem nulla reperitur ſimilitudine voluntatum contracta familiaritas, neq; con-

Boni dæmonibus exoſi non familiares.

fidentia poteſt eſſe vnius ad alium, neq; mutuus in operatione mirabilium concurſus. Nec, tu Cæſar glorioſe, homo cùm ſis, hominũ moderator magnus & Princeps, quempiam tibi familiarem admittis moribus tibi omninò contrarium atque diſſimilem, & tuæ voluntati iugiter reluctantem. Viri autem boni & recti quia prauiſſimæ voluntati dæmonum ſemper obnituntur, nequaquam in eorũ poſſunt tranſire conſortium, quibus nec volunt nec conſentiunt eſſe familiares, ſed eorum totis viribus refugiunt & deteſtantur occurſum, & ideò fictum illud de quo dictum eſt, in eos non aſſequuntur imperium. Nuſquam enim tuta familiaritas, quam voluntatum ſimilitudo nulla præceſſit: nec poteſt inter contrarios eſſe concordia, nec inter diſpares voluntate cõſtat amicitia: nec tamen omnibus malis & reprobis paſſim dæmones obediunt, ſed illis duntaxat, quibus confœderantur pactis & obſequiis, & quos aliter nequeunt habere fideles inuocati libenter occurrunt, licet

ſe

ſe compelli mentiantur. Mirandum itaque non eſt, optime Cæſar, quod maligni ſpiritus prauis atque peruerſis nonnunquam videntur obtemperare hominibus, quos, ſicut diximus, & maleuolentia ſimiles & pernicies in genus humanum fecit eſſe cōcordes. Sed procul ſit ab omni Chriſtiano, praua ſimilitudine voluntatis velle imperare dæmonibus: quoniam ſi quis in hac vita malignorũ ſpirituum habere conſortium cœperit, in futuro cum eis ſine fine ardebit. Sed quare boni & iuſti homines imperare ſanctis Dei angelis nequeunt, in quorum ſimilitudinem bonæ voluntatis tranſierunt? Puto, ex prædictis facilè quæſtionis huius daretur ſolutio, ſi differentia intellectuum ad memoriam reuocetur. Quamuis enim plures in Eccleſia Dei ſint homines conſtituti, quorum iuſtitia multis proficit ad ſalutem: pauciſſimi tamen vſque adeò noſtris temporibus proficiunt, vt propter ſanctitatis meritum vel metuendi ſint dęmonibus, vel in conſortium familiaritatis recipiantur

abangelis. Hinc fit quòd homines noſtræ tempeſtatis neque malignis ſpiritibus merito ſanctitatis imperant, neque ſanctis Angelis familiares eſſe merentur: ſi qui verò in illum ſanctitatis gradum profecerint, quo miracula facientes in Eccleſia, quemadmodum ſancti quondam profecerunt, iam potenter & imperare dæmonibus poſſunt, & familiare beatorum ſpirituum habere conſortium. Certum eſt enim, quòd ſancti & Deo dilecti homines in primitiua Chriſtianorum Eccleſia maiora quondam bonorũ operatione ſpirituum beneficia præſtitêre mortalibus, quàm prauorum hominum impietas maleficia dæmonum miniſterio vnquam inferre potuiſſet. Multa enim poteſt miranda precatibus, quiſquis Dei cultor verus, ſimilis euaſerit Angelis ſanctis.

DE

DE POTESTATE MALEFICARVM,

Quæſtio ſexta.

SExta, inuictiſſimæ Maieſtatis tuæ quæſtio fuit, Vnde poteſtas hæc tanta maleficis, quâ patrare tam multa, varia & miranda poſſunt etiam in vnâ horâ, qualia vel quanta nullus bonorum facere poſſet in omni vita ſua.

Ad hanc quæſtionem ſi breuiter voluerimus reſpõdere, neceſſariò dicemus, quòd omnis poteſtas à domino Deo eſt, ſine quo nihil poteſt omnis creatura. Dicit enim in ſancto Euangelio Chriſtus: ſine me nihil poteſtis facere. Vnde manifeſtum eſt, quòd omnis poteſtas faciendi aliquid hominibus à domino Deo, & non aliunde conceditur, ſiue bonum homines, ſiue malum operentur: hinc ſanctiſſimus Præſul Auguſtinus dicit, Voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſa omnium corporalium ſpecierũ ac motionum, nihilque fit in iſta totius creaturæ ampliſſi-

Vnde poteſtas maleficorum ad mira patranda.

pliſſima & immenſa Rep. viſibiliter, quod non de interiori, inuiſibili atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubeatur, aut promittatur, ſecundum ineffabilem iuſtitiam præmiorum atque pœnarum. Vnde non eſt dubitandum Cæſar, quòd poteſtas illa maleficarum, in qua mirandos (cooperatione dæmonum) horrendoſque producunt effectus à domino Deo cõcedatur, cuius voluntati nemo poteſt reſiſtere, & ſine cuius influxu nec manũ homo poteſt mouere. Concludunt enim ſancti doctores, quòd neque dæmones, neq; maleficæ quicquam facere poſſunt, ſiue hominem lædere ſiue iumentum, niſi omnipotens Deus velit, conſentiat, poteſtatemque concedat, vt faciant quod iam peruerſâ voluntate decreuerunt. Niſi Deus conſentiat & velit, nihil poteſt omnis creatura: alioquin ſi fieri aliquid eo nõ volente & conſentiente poſſet, ſequeretur neceſſariò Deum eſſe infirmum, qui prohibere non poſſet, quod fieri inuitus permittere cogeretur. Sed quoniam omnis homo,

homo, in quantum creatura eſt, à Deo dependet, nihil poteſt agere ſine illius voluntate, à quo & velle habet & poſſe: Quicquid igitur maleficæ faciūt, Deo fit permittente, ſine cuius volūtate nihil poſſunt: quia vt poſſint quod volunt, niſi Deus conceſſerit, neque à ſe, neq; à dæmonibus conſequerentur. Omnis itaq; poteſtas à domino Deo eſt, in quo & ſunt omnia, & mouentur, ſicut in prima rerū oīum cauſa: quoniam à quo libertatem arbitrij accepimus, ab ipſo etiam poſſe quod volumus habemus. Sed cùm maleficarum ſit multum confuſus intellectus, non arte humanâ perpetrāt mala quæ faciunt, ſed cooperatione dæmonum: quos & naturâ ſubtiles, ita & experientia longa fecit ad producendū miranda veloces. Non enim cauſantur mirandi effectus maleficarū ab huiuſmodi mediis, quibus vtuntur ad maleficandum, vt ſunt capita mortuorum, bufones, ſerpentes, characteres, imagines & his ſimilia, ſed ab inſtituente hæc ſigna diabolo: qui cùm ſit ſuperbiſſimus, Deo cupit

N in

in omnibus videri comparandus. Enimuerò quemadmodum omnipotẽs Deus quædam in Eccleſia ſua ſacramẽta inſtituit, quæ dignè miniſtrantibus ipſo aſſiſtente ſalutarem deſignant & producunt effectum, ipſo qui inſtituit operante ſalutem: ita & diabolus qui nihil plus appetit quã æſtimari Deo æqualis, quædam ſigna tãquam ſacramenta inſtituit, quibus inuocatus ab his quibus confœderatus pactis operator malignus aſſiſtit: & quoties Deus permiſerit, quod rogatur malum efficit: ſi non permiſerit ille, nihil omnino facit. Omnium ſiquidem effectuum necromanticorum & maleficarum operator diabolus eſt, qui per applicationẽ mediorum, quæ prius ipſe inſtituit, in materiam ſubiectam opus producit optatum: aliquando realiter, aliquando ſolùm apparenter. Mulieres autem maleficæ quæ iam voluntate deprauatâ, & cõſenſu in conſortium dæmonum per pacta tranſierunt, notas quaſdam & ſigna ſymbolica ab ipſis recipiunt quibus aduocati mox dęmones occur-

Digitized by Google

currunt. Nihil in his pernitioſis operationibus dæmonũ fortius ſtultâ credulitate maleficarum, quæ pactis augetur & votis: quoniam quanto vel dæmonibus, vel eorum ſignis firmiorem adhibuerint fidem, tanto velociorem aſſequuntur ipſis cooperãtibus operationem. Voluntatis enim maleficarum nimis truculenta deprauatio eas quodam modo cõuertit in furorem, quo mentem præoccupante mox dæmones ſe furentibus applicãt & effectum petitionis pactis inuitati & ſignis, Deo permittente inſanientibus præſtant. Simile namque Plato recitauit in lib. de furore poëtico dicens: Quẽadmodum bacchantes fœminæ mente nõ ſanæ, mel & lac ex fluminibus hauriunt, mente autem ſanæ haurire nequeunt. Id autem efficit eorum animus in conſortium dæmonis mali extra ſe raptus. Exploratum habemus, maleficas in fluminibus concitatis hauſiſſe butyrum temporibus, quòd aliter fieri quàm dæmonis miniſterio nullatenus poteſt. Simili modo in odium traductæ

alicuius vel hominis vel iumenti ſuſpirantes interitum grauiſſimo agitantur furore, nihil aliud quàm vindictam in animo cogitantes: res capiunt ad maleficium ſibi notas & familiares, inuocant dæmones, oſtendunt ſigna ab illis inſtituta, ſimul & characteres: & quod propriâ virtute perficere nequeunt, illorum miniſterio conſequuntur. Alius verò qui non eſt dæmonibus pacto & deditione ſubiectus, etiamſi res conuenientes ad maleficium nouerit, ſimul & modũ operandi: quamuis exhibeat ſigna, raró tamen effectum conſequitur, propterea quod inter familiares dæmonũ non habetur. Vſque adeò quippe diabolus elatus ſuperbia Eccleſiam Chriſti æmulatur, vt quemadmodum non ordinatus Chriſti corpus non poteſt conficere, quantumlibet verba conſecrationis proferat: ſic etiam dæmon, quãtumuis inuocanti, & ſigna ſiue characteres oſtendenti, quem pacto ſibi non nouit ſubiectum, aut nunquam aut raró concurrit. Nam ſi omnibus ſe inuocãtibus ſine pactis paſſim

Digitized by Google

paſſim interpoſitis occurreret, non tot maleficas ſibi proprietatis iure dicatas poſſideret. Hinc eſt quod multi profanis artibus dediti, dæmones ad circulum, ad ſpeculum ſiue ad quælibet alia receptacula horrendis coniurationibus conuocare laborãtes, nullum conſequuntur effectum: quoniam aut Dei obſtat imperium, aut diabolus cõtemnit curioſum hominem ſibi homagio non dicatum. Tria etenim requiruntur ad maleficium, ſine quibus nullum conſtat eſſe perpetratum. Animo furens ac deprauata voluntate malefica, cooperatio quoque familiaris diabolica, & ante omnia permiſſio diuina; quia ſi vnum iſtorum non concurrerit, maleficium perpetrare nõ poterit. Nam ſi Deus non permitteret, nec diabolus quicquã nec malefica poſſet. Et ſi diabolus prauæ mulieris voluntati non occurreret, nullum illa maleficium perpetraret. Rurſum ſi malefica defuerit, diabolus maleficium nullatenus conſummabit. Vtitur enim voluntate furẽtis maleficæ diabolus tanquam

artifex inſtrumento ad operãdum ſine quo non poſſet inferre maleficium. Et ſicuti dæmones in poteſtate acumineq; ſubtilitatis ab inuicem differunt: ita maleficarum poteſtas non eſt in omnibus vnâ, ſed in ſingulis; prout dæmonibus concurrunt natura ſubtilioribus vel groſſioribus diuerſa. Multa enim ſunt genera dæmonum, & certis inter ſe gradibus diſtant, ratione locorum, in quæ cadentes à principio ſunt detruſi.

De variis ſtudiis & affectibus dæmonum vide etiam Caſſianum collat. 7. cap. 32.

Primum quidem genus dęmonum appellatur igneum quod circa ſuperiorẽ peruagatur aërem, nec vnquam ante iudicij diem ad inferiora demergitur, ſed continuè ſub regionibus permanẽtes Lunaribus nullum habent cum hominibus in terra commertium. Quod verò ſub Luna permaneãt, S. teſtatur Auguſtinus in opere de agone Chriſtiano ſic dicens: *Dæmones non habitant in cælo vbi ſol & ſtellæ ſunt, ſed omnes ſub regione Lunari verſantur.* Hinc motus (vt reor) Apuleius dæmonia dixit animalia eſſe ignita, propterea quòd Ariſtoteles confirmauit,

mauit, in fornacibus ardentibus quædam animalia parua ſæpius viſa volitâſſe pennulis apta, quæ totum æuum ſuum diuerſantur in igne quoniam cum igne oriuntur & cum eo extinguuntur, & ad ſuum vnde venerant locum euaneſcentes redeunt. Nulla ſunt eis cum maleficiis conſortia, quoniam cum demorentur in igne, propter ſubtilitatem ſuam nō poſſunt corpus induere groſſum ſiue aëreum.

Non poſſunt forte diuini iudicij vinculis coërciti, quod poſſunt ex natura.

Secundum genus aëreum dicitur, quod in aëre oberrans nobis propinquo commoratur. Hi quidē poſſunt ad inferiora deſcendere, & aſſumptis de craſſiore aëre corporibus, quandoque viſibiles hominibus apparere. Aëra, permittente Deo, ſæpius turbant, tonitrua & tempeſtates cōcitant, & omnes ſimul in perniciem humani generis conſpirant: more hominum affectionibus mouētur paſſionū, ſuperbiâ maximè & inuidiâ, tanguntur perturbationibus continuis: & nec ſolito veſtiuntur corpore, nec vno conſiſtunt loco: Neque vnam omnes for-

mam

Digitized by Google

mam habent, ſed plurimas, eaſque ſæpius mutant, ſecũdum varietatem affectionum, quibus vel occurrunt maleficarum carminibus euocati, vel impulſi perturbatione ad nocendum. Habent enim omninò violentum & furioſum morem turbationibus plenum, vnde vehementer malefacti & perturbati repentinas plurimum machinãtur inſidias: & dum ſuas agũt incurſiones, partim latêre volunt, partim inferunt violentiam. Maleficæ horum dæmonum cooperatione ſuffultæ tanto ſunt ad maleficãdum potentiores, quanto ſuperiorem ex eorum ordine concurrẽtem fuerint aſſecutæ. In vita S. Antonij D. Athanaſius aërem plenum dixit eſſe dæmonibus, quod Mercurius antea dixerat ter maximus, nullam videlicet mundi partem dæmonum præſentia deſtitutam. Sanctus quoq; Præſul Ambroſius dicit: Plenus eſt mũdus ſanctarum virtutũ, quia plenus eſt nequitiarum. Vnde Platonici dæmones in aëre volantes in modum denſiſſimæ niuis ignitæ, cupientibus tradidêre viſibiles,

biles,ſi aliquandiu verſus cælum ſole ſplendente irreuerberatis oculis, continuauerint obtutus. Sed neſcio an in aëre cauſetur obiectum ex conſiſtentia reali,vel certè oculorum motus intercluſus repræſentet imagines falſas, non ſine detrimento ſenſus tamē leui,promiſſorum cepi experimentum.

Tertium verò genus dæmonum terreſtrium dicimus, quos prolapſos è cælo in terram pro ſuis demeritis minimè dubitamus. De his ſanctiſſimus præſul & martyr Chriſti Theophorus quondam Ignatius in Epiſtola quadam ita ſcripſit ad Epheſios: Nihil melius eſt quā pacem habere, in qua omne telum euacuatur aëreorum ſimul & terreſtrium ſpirituum. Ex his autem dæmonibus alij verſantur in ſyluis atque nemoribus, qui venatoribus ponunt inſidias, alij verò patulis degunt campis, qui nocte oberrare faciunt itinerantes: nonnulli commorantur in locis abditis atque cauernis, reliqui cæteris minus furioſi & perturbati demorari cum hominibus in obſcuro dele-

ctantur. Non vno ducuntur affectu, ſed vario, quoniam alij ſunt aliis minus deprauati quãquam omnes ſint malis turbationibus pleni. Ex his quidam ſolis gaudent illuſionibus territare homines, alij prędictionibus futurorum in admirationem ſui trahere cupiunt audientes. Nõnulli verò ad hoc ſummo conatu laborant, vt homines irrationabili furore turbatos, aut melancholia furentes terreant, lędant vel occidant: quod experientia ſæpius factum agnouimus. Hinc ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in tertio lib. de prouident. ad Stagyrium monachum dicit: Omni actione diabolicâ potentior eſt ad nocendum mœroris magnitudo: quia dæmon quoſcunque ſuperat, per mœrorem ſuperat. Eum ſi auferas nihil à dęmone quiſquam lædi poterit. Hoc autem dæmonum genus raró eſt maleficis familiare, propter inconſtantiam affectionum, & leuitatem qua territare multos gaudent potiùs, quàm vnius mulierculæ ſubeſſe imperio. Commorantur tamen interdum, vt pollicentur

 veſa-

veſanis in vitro vel in chryſtallo ſiue in ſpeculo, & carminibus concitati reſponſa dant mulieribus: & ſi quis venturus eis malè dixiſſet, in via prænuntiant. Et hoc maleficarum genus multum aliquoties differt à reliquis: quoniam quod illæ maleficio reddunt infirmum, iſtæ curare pollicentur: verùm quia maleficium vt plurimùm repellunt maleficio, earum acceſſus interdicitur ab Eccleſia omni Chriſtiano.

Quartum genus dæmonum nuncupatur aquaticum, quoniam ſe humoribus immergens circa lacus & fluuios habitat, ira plenum, turbatum, inquietum & fraudulentum, quod in mari tempeſtates cõcitat, nauigiaq; demergens in profundum, multis vitam aufert in aquis. Et iſti dæmones quoties aſſumũt corpus viſibile, in ſexu frequentius apparent fæmineo: & in maſculino rarius videntur, propterea quod in locis verſantur humidis, & molliorem vitæ ductum ſequuntur, nec vile ſchema facilè cæterorum conſuetudine poſſunt aſſumere.

Vnde Naiadas Nereidaſque aquarum nymphas nõ maſculino ſexu, ſed fœminino dudum nominauit antiquitas. A noſtris autem aquaticę mulieres, id eſt, Waſſerfrawen/ communi vocabulo dicũtur. Qui verò habitant in locis ſiccioribus & ſubaridis quoties hominibus corporaliter apparent, viſibiles in viros ſe transformant. Diuerſarum quoque ſpecies aſſumunt beſtiarum, prout variis tanguntur affectionibus. Sancti autem angeli quoniam affectione nunquam variantur, vniformiter ſemper apparent in forma virili. Nuſquam enim legimus ſcriptũ, quod bonus ſpiritus in forma ſit viſus muliebri aut beſtiæ cuiuſcunque, ſed ſemper in ſpecie virili. At verò ſæpius viſi ſunt dæmones circa flumina & fontes in ſpecie mulierum, aliquando choriſantes, aliquando capillos more fœminarum explicantes: nonnunquã verò cum hominibus loquentes, & varias ludificationes exercentes. Et hoc genus dæmonum non conſueuit cum maleficis habere commercium.

Quintum genus ſubterraneum dicitur quod in ſpeluncis & cauernis, montiumq́; remotis concauitatibus demoratur. Et iſti dæmones affectione ſunt peſſimi, eoſq́; inuadunt maximè, qui puteos & metalla fodiunt, & qui theſauros in terra latentes quærunt, in perniciem humani generis paratiſſimi. Hiatus efficiunt terrę, ventoſque flammiuomos ſuſcitant, & fundamenta ædificiorum concutiunt. Noctibus aliquando de montibus turmatim egreſſi mirãdas ſtupendaſq́; in campis ducunt choreas, & quaſi vnius ducis metuentes imperium, ſubitò euaneſcunt ad ſignum, & ad ſua diuerticula reuertuntur. Interdum nolarum inter eos auditur ſonitus, & ſe nonnunquam ſpiritus eſſe hominum, vitâ defunctorum mentiũtur. Nihil magis quęrunt quàm metum hominum & admirationem. Vnde habemus compertum, quòd ſimpliciores hominum quoſdam nonnunquã in ſua latibula montium duxerunt ſtupenda mirantibus oſtendẽtes ſpectacula, & quaſi beatorum ibi ſint

manſiones, amicos ſe viuorum mētiuntur. Ex his quoque dæmonibus quidam incubones ſunt theſaurorū, quos auaritia mortalium abſcondit in terram, & ne rurſus in vſus perueniant hominum, eos ſubducunt, furantur, & cuſtodiunt, & quandoq; de loco in locum tranſponunt. Et hoc genus dæmonum cum maleficis mulieribus nullum conſueuit habere commertium.

Sextum verò dæmonum genus appellatur lucifugum, propterea quòd lucem maximè horrent & deteſtantur: quia nec diebus vnquam apparent, nec alio modo corpus quàm de nocte poſſunt aſſumere. Hoc eſt negotium quod in tenebris perambulat, genus dæmonum imperſcrutabile, ac penitùs tenebroſum, paſſionibuſque frigidis agitatum, malitioſum, inquietum & perturbatum, quod occurrentes homines, nocturnis violenter comprimit horis, ſæpiuſque (Deo permittēte) aut flatu quoſdam interficit, aut contactu. Maleficis non conuenit hoc genus dæmonum, neque carmi-

Digitized by Google

nibus arctari poteſt, quia & lucem fugit, voces hominum ſimulq; omnem tumultum. Aëreum maximè ad maleficia fœminarum conſueuit occurrere, quoniam cæteris eſt omnibus magis ſubtile, & audaciſſimæ temeritatis. Terreſtrium quoque nonnullis maleficis, vt eſt dictum, ſubſeruiunt, qui tamen inferiori gradu habiti, maiora illa maleficia inducere minimè poſſunt. Conſtat igitur manifeſtè, quòd tota poteſtas maleficarum in qua tam miranda faciunt, dæmonibus à domino Deo limitata conceditur; & quādo ille nō permittit, nihil operantur.

DE PERMISSIONE DIVINA.

Quæſtio ſeptima.

SEptima Quæſtio, Sereniſſimæ Maieſtatis tuæ, iſta fuit; Quare Deus, cū ſit iuſtus & vindex malorum, tanta maleficia in perniciem humani generis fieri permittit, quibus non ſolum peccatores, ſed etiam innocentes multi pereunt grauiter

Cur Deus tot mala ac maleficia permittat.

ter cruciati. Ad hanc quæſtionem taliter me dudum coram Maieſtate tua conſtitutum memini reſpondiſſe. Optimus Deus, iuſtus & rectus, pius & miſericors, qcqd permittit, iuſtè permittit: quoniam iuſtus eſt, & nõ eſt apud illum iniquitas, ſed oĩa in vero iudicio quæ fiunt aut facit, aut permittit. Cum ergo quæritur, quare Deus mala fieri permittat: reſpõdemus, ideò permittit, quia iuſtus eſt. Num videatur Maieſtati tuæ ô Cæſar, quam dedimus abſurda reſponſio, quoniam diuinę bonitati non præiudicat vllatenus, quod mala fieri iuſtiſſima ratione permittit: potius autem præiudicaret, ſi mala in præſenti mundo fieri non permitteret. Enimuerò ſi non permitteret fieri mala, iam homo peccare non poſſet, eſſet certè impeccabilis, quòd eius naturæ non conuenit, cui ab initio liberum arbitrium conditor omnium dedit. Homo etenim creatura cùm ſit, & non creator, eſt neceſſariò tam ad bonum conuertibilis, quàm ad malum, cuius eſſe dependet à ſummo creaturarum Opifice omni-

omnium, quemadmodum à cauſa ſui eſſe omne cauſatum. Creare verò ſoli Deo relictum eſt, qui eſt incorruptibilis & ſempiternus: corruptibile autem omne neceſſariò deficit, conſeruatur autem bonitate creatoris, quamdiu cauſæ influentiam non amittit. Vnde fieri nec potuit nec decuit, quod homo ex conditione ſuæ naturæ crearetur impeccabilis, quo ſolus gaudet naturaliter opifex omnium Deus, qui eſt incommutabilis & ſempiternus. Quoties verò confertur homini vt peccare non poſſe videatur, nec libertas arbitrij tollitur, nec poſſibilitas ſimpliciter aufertur, ſed voluntas in bono confirmatur. Et quotieſcunque hoc donum confertur creaturæ, munus eſt gratiæ, non naturæ. Dicit enim ſcriptura: Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Nam propriè loquendo eſſe nō poteſt, vt homo mortalis in originali diſplicentia conceptus, & liberum habeat arbitrium, & non poſſit committere peccatum. Dicit enim ſanctiſſimus præſul Auguſtinus:

Prima libertas voluntatis erat, poſſe nō peccare: nouiſſima erit in gloria multò magis, non poſſe peccare. Itaque ſi homo peccare non poſſet, propriæ voluntatis ſuæ dominium non haberet. Vnde quamuis Omnipotens Deus peccatum non velit, peccare tamen homines & malum facere iuſtè permittit, quatenus libertate arbitrij permanēte, & virtus boni operis meritum, & prauitas volūtaria recipiat, quod fecerit malum. Nemo enim aut benè facit, aut peccat inuitus. Iuſtè igitur omnipotens Deus peccare & malum facere homines permittit, quibus à principio libertatē arbitrij conceſſit. Sunt autem multæ rationes à ſanctis Doctoribus dudum aſſignatæ, quare Omnipotens maleficia tanta fieri per dæmonum cooperationem permittat; quarum ordine neceſſariò breuiter faciemus mentionem.

Prima eſt, vt diuinæ manifeſtetur excellentia maieſtatis, qui ſolus eſt incommutabilis, & ſupra omnem longè poſitionem. Omnis autē creatura mutabilis ad incom-

mutabilem creatorem nullam habet comparationem. Vnde in Numeris legitur: Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. In Eſaia quoque dicitur: Deus fidelis abſq; iniquitate iuſtus & rectus. In libro etiam Tobiæ ſcribitur, Iuſtus es domine, & omnia iudicia tua vera ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia, veritas & iudicium. Et in libro S. Iob legimus: Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Omnis igitur homo qui ſuam ignorantiam & infirmitatem rectè intelligit, quam ſit comparatus ad creatorem ſuum, patenter agnoſcit. Iuſtè namq; Deus permittit peccare hominem, quo & libertas continuetur arbitrij, excellentiaq; hominibus innoteſcat magni Dei. Secunda ratio eſt, vt imperſcrutabilis Dei ſapientia, innoteſcat mortalibus, quæ nouit ex noſtris malis elicere bonum, cùm vnius peccatum alterius facit eſſe meritum ad virtutis incrementum. Nam ſi malum

fieri non permitteret, quis noſtrum intelligeret bonum? Facit enim Deus bonum & ordinat, mala verò non facit, ſed ab impiis facta ne inordinatè veniant ipſe diſponit. Neque malitia hominum Dei voluntatem impedit, neque poteſt homo quicquam quod Deus non permittit.

Tertia verò cauſa eſt, quòd omnipotens fieri maleficia permittit, vt manifeſtet ſuam clementiſſimam bonitatem in eos qui peccauerunt & egerunt pœnitentiam: quam nullatenus poſſet oſtendere, ſi creaturam non permitteret peccare. Nam ſi nullus eſſet peccator, nec Deus poſſet eſſe miſerator. Sed quoniam in multis offendimus omnes, vbique Deus inuenit quod remittat: vbique Deus occurrit, in quo ſuam miſericordiam pius conditor oſtendat. Vnde ſanctus præſul Auguſtinus: Si leuis morbus eſſet, contemneretur medicus, non quæreretur, morbus non finiretur. ideo vbi abundauit peccatum, abundauit & gratia, quæ ſola diſcernit redemptos à perditis, quos in vnum coaceruat

Digitized by Google

ceruât maſſa perditionis, ab origine ducta creationis. Eſt ergo miſericordia Domini ſuper omnia opera eius.

Quarta verò ratio diuinæ permiſſionis eſt, vt iuſtitia creatoris in eos declaretur, qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam: quoniam ſi omnes benefacerent, & nemo peccaret, nihil haberet Dei iuſtitia quòd puniret. Vt ergo iuſtitia locum habeat, diuina permiſſione creatura peccat. Iuſtus enim eſt dominus, qui reddet vnicuique ſecundum opera voluntatis ſuæ.

Quinta ratio eſt dignitas conditionis humanæ: quia ſi Deus non permitteret peccare hominẽ, brutis videretur deterior, quæ nulla impellente violentia naturę motibus liberè vtuntur. Nam etſi ratione bruta careant, liberum tamen naturæ motum habent quem ſequuntur: in quorum comparatione homo videretur inferioris conditionis, ſi liberum non haberet arbitrium voluntatis. Permiſit autem homini Deus voluntatem liberam, cui nec reges imperant, nec principes.

Digitized by Google

Sexta ratio eſt, laus meriti conſtantiæ humanæ virtutis, quando iuſtum virũ propterea laudamus: quia cùm potuiſſet tranſgredi, non eſt tranſgreſſus, ſed gratia Dei adiuuante in bonæ voluntatis conſtantia permanſit.

Septima ratio, quare omnipotens Deus permittat dæmones tanta maleficia intercurſu maleficarum facere, eſt, vt illi qui contempta veritate delectantur mendacio, per inuentorem mẽdacij diabolum ſeducti penitùs decipiantur. Dignum eſt enim vt incantatores atq; maleficæ, qui ſalutaria Chriſti documenta ſequi deſpiciunt, à dæmonibus decepti omnes ad inferos demergantur in æternum puniendi. Suffragium à dæmonibus totius humani generis hoſtibus expetunt, & ſaluatorem mundi, quem ſolum adorare debuerant, contemnunt. Iuſtum eſt enim, vt is qui veritatem ſpontaneâ voluntate deſerens, adhæret mendacio, in interitum à diabolo præcipitetur.

Octaua cauſa eſt, manifeſtatio diuinæ pote-

Digitized by Google

poteſtatis, cuius potentia & virtus eſt ſuper omnem creaturam. Enimuerò cùm Deus omnipotens aliquando magna permittit diabolo & parua quædam denegat, quam ſit infirmus humani generis hoſtis, & diuinæ maieſtati ſubiectus in omnibus manifeſtat. Nihil enim à ſe ipſo poteſt diabolus, ſed omnia quæ facit, Deo permittẽte facit. Cauſa igitur omnium prima, propter quam omnipotens Deus fieri maleficia permittit, iuſtitia eſt, qua libertatem quam creaturæ ſemel à principio contulit, ordine inuiolabili cuſtodit. Verùm quia poteſtas creaturæ omnis à ſuo Creatore dependentis reſtricta eſt & limitata, nec diabolũ omne quod vult poſſe manifeſtum eſt, nec hominem voluntate quantumlibet deprauatum. Voluntas quidem eſt libera, ſed poteſtas certis & neceſſariis gradibus limitata. Quoniam quidẽ ſi dæmones poſſent omne quod volunt, nihil tutum in humanis permaneret, ſed labefactarent omnia. Ligatam verò poteſtatem dæmonum hiſtoria ſancti Iob manife-

ſto demonſtrat exemplo, quem nō amplius tentare Sathan audebat, quàm ei fuerat diſpēſatione diuinâ permiſſum. Nemo enim in præſenti mūdo quantumlibet iuſtus aut fortis dæmonū furori poſſet reſiſtere, ſi pro eorum arbitrio libera ſemper nocendi poſſent vti poteſtate. Ante verò dominicā paſſionem maiore quàm poſtea libertate vtebantur poteſtatis, ſed Chriſto mortem pro nobis in ara crucis guſtante, valde iam deinceps eorum eſt immutata poteſtas, Saluatore in Euangelio dicente: Nunc princeps mūdi eiicietur foras. Etenim Chriſti humilitas & perſeuerantia ſanctorum, audaciam dæmonum valdè reſtrinxerūt, ita quòd incentores malorum rectè nūcupari poſſunt, impulſores verò minimè. Nec inualeſceret cōtra nos diabolus, niſi vires ex noſtris peccatis acciperet. Hinc nos ſcriptura admonet dicens: Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. Et iterum. Nolite locū dare diabolo. Concludendo igitur ſermonē ad intelligentiam propoſitæ quæſtionis, quare Deus fieri tot

male-

maleficia permittat, rationes credo ſufficienter manifeſtas. Nam etſi voluntas dæmonum ſemper ſit iniqua, poteſtas tamē nunquā poteſt eſſe iniuſta: quoniam quod malè vult ex proprio habet arbitrio: quod autem malè facere poteſt ſolùm habet à Deo. Et hæc quantum ad eos pertinent qui mala faciunt, dicta ſunt.

Sed quare omnipotens Deus permittit dæmones lædere homines medio maleficarum qui in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt, & fideliter credunt in vnigenitum filium eius Dominum noſtrū IESVM CHRISTVM? Nam ſi malos, peruerſos & infideles in corpore & in rebus tantū lædere poſſent, coërcerentur verò ab acceſſu & læſione bonorum atq; fidelium, permiſſionis iuſtum rectè videretur eſſe iudicium: nunc autem frequentius boni & innocentes dæmonum maleficiis infirmantur, & quandoq; etiam vita priuantur, vt ſilentio iacturam rerum temporalium, quam ſæpe maleficiati patiuntur tranſeamus, multis venit in ſcrupu-

Octaua ſorti quæſtio. Cur etiam pij ac fideles maleficiis lædantur.

lum, cur iſta permittat omnipotens, qui nihil permittit iniuſtè.

Huius propoſitæ quæſtionis non alias quàm à priſcis atq; Catholicis accepi doctoribus, quantum potero breuiter neceſſarias per ordinem aſſignabo rationes. Et prima quidem ratio eſt, probatio fidei Chriſtianorum, & experientia integritatis, vt maleficiis dæmonum flagellati diſcant in paſſionibus carnis quam fidem & dilectionem ad Deum habeant in abſcondito mentis. In proſperis eſſe longanimem non eſt difficile, ſed in aduerſis cum humili patientia à Saluatore fidelium præſtolari auxilium, non mollium eſt ſed fortium & verè fidelium Chriſtianorum. Didicit in ſua tribulatione ſanctiſſimus Iob, quãtam in Deum fidei haberet conſtantiam, qui antea in tranquillitate cuſtodierat ſine tentationis iaculo pietatem. Hinc ſimul notãdum, quod illi quos dæmonum vel hominum maleficia quomodocunq; fecerunt infirmos, qui pro ſanitate recuperanda maleficos & incantato-

Digitized by Google

res quoſcunq; vel accedunt vel conſulunt, ſiue per ſe, ſiue per alios, contra Dei & Eccleſiæ præcepta faciũt, & neq; fidem in Deum habent veram, neque dilectionem. Sanitatem quippe moriture carnis Deo præferũt, & ſalutẽ non à Chriſto, ſed à diabolo & eius miniſtro quærunt. Malunt enim in nomine diaboli ſani ſed infeliciter, viuere, quàm hic pro Chriſti amore modicum pati, & poſtea cum eo in perpetuum gaudere. Qui verò maleficos non accedit, propterea quoniam Deus prohibuit, malens viuere cum obſeruantia mandatorum Dei in egeſtate & ægritudine, quàm contra Deum in diuitiis & corporis ſanitate, ille Deum veraciter diligit, & integritatem Chriſtianæ fidei rectè cuſtodit. Non ſunt inter Chriſtianos tolerandi, ô ſacratiſſime Cæſar, homines mente corrupti & reprobi circa fidem, qui per maleficia curant maleficiatos, qui furta miniſterio dæmonum reuelant, & adulteria, qui lapidum aut ſpeculorum inſpectione prænuntiant futura. Non exaudias illos pre-

cor, qui diuinarum legum ignari, huiuſmodi miniſtros dæmonũ imperio tuo exiſtimant vtiles, propterea quòd maleficio nouerũt maleficia diſſoluere: quoniam iſta pernicioſa curatio corporum, mortem inducit animarũ, & facit homines à Deo creatore omnium recedere, & impiis apoſtatis dæmonibus adhærere, cũ quibus poſt mortem damnabuntur in æternum.

Secunda ratio, quare omnipotens Deus maleficio lædi permittat innocentes, eſt augmentum meritorum, vt videlicet probata eorum in tribulatione patientia, coronam gloriç in cœlo digniorem mereantur. Nam, vt ſacer inquit Auguſtinus, homo ſibi ignotus eſt quid ferre poſſit, quid non poſſit: aliquando metuit ſe non poſſe, quod tamen poteſt: cùm accedit tentatio quaſi interrogator quidam, homo inuenitur à ſeipſo, qui prius latens neſciebat ſeipſum. Diuus archiapoſtolus Petrus antequam ſuperueniſſet ei tentatio, & ſe latebat & alios quàm eſſet inconſideratus & infirmus: acceſſit illa & ap-

paruit

paruit infirmitas, quæ latebat. Maxima igitur hominis probatio tentatio eſt, ſacra teſtante ſcriptura: Vaſa figuli probat fornax & homines iuſtos tentatio tribulationis. Facilis eſt in proſperitate patientia, quoniam mentem nulla pulſant aduerſa. Multæ autē tribulationes iuſtorum, ſed de omnibus liberabit eos dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Tertia diuinæ permiſſionis ratio, eſt humilitatis cuſtodia, quatenus homo fidelis & iuſtus Deum ſemper timeat, & nūquam de ſua fortitudine vel iuſtitia p̄ſumat. Hinc de reprobis dicit ſcriptura: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua, ꝓdiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Miſerētis Dei eſt, quod homines bonos & iuſtos interdū permittit aduerſitatibus concuti, quos nouit in proſperis non poſſe humiliari. Multos enim tribulatio fecit humiles, quos ſecunda feciſſent elatos. Deniq; maleficiorū timida imaginatio facit bonum hominem timere

Deum ſuum, & eius ſedulò inuocare auxilium, quo munitus contra dæmonum incurſus ſe poſſit confidere tutum. Nemo autem ſuperbus & præſumens de viribus ſuis à maleficiis dæmonum ſe tutum exiſtimet: quoniam quem inflatum ſuperbiâ Dei protectio deſerit, dæmonum maleficiis procul dubio pateſcit.

Quarta ratio eſt, vt bonorum malorumque diſcretio habeatur. Dicit enim de bonis ac Deo dilectis hominibus ſcriptura in actibus Apoſtolorum: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et ſanctus Chriſti amator Paulus in quadam epiſtola dicit. Omnes qui volunt in Chriſto piè viuere perſecutionem patientur. Sapientiſſimus quoq; Rex Salomon in prouerbiis dicit: Quem diligit dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. Res Chriſtiano nimis glorioſa, pro Dei amore patienter tolerare aduerſa, ſiue à malis hominibus inferantur, ſiue à dæmonibus. Datur enim poteſtas diabolo eiuſque miniſtris

Digitized by Google

ſtris lædendi homines bonos & iuſtos, non in eorum confuſionem, ſicut Petrones exiſtimant, ſed in maximam potius, & certam animæ conſolationem. Enimuerò cum benè viuit homo iuſtus neminem lædit, neminem offendit, nulli facit iniuriam, Deum ſuum toto corde diligit, timet & veneratur, omni ſolicitudine mãdata eius cuſtodiens & nihilominus tribulatur à maleficis, ſiue in corpore, ſiue in rebus, ſiue in vtroque, verè beatus eſt homo ille: Quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam promiſit Deus his qui diligunt eum. Omnis qui rectè viuit in vnitate fidei Catholicæ eccleſiæ Chriſtianorum, & mala in hoc mundo recipiens pro Dei amore patienter tolerat, certum eſt ſignum, quod in Dei gratia ſaluandus perſeuerat. Quocirca de malis & reprobis ita ſcriptum legimus: Quare impij viuunt? ſubleuati ſunt, confortatiq́ue diuitiis. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

dunt. Manifeſtum enim damnationis eſt ſignum, ſi hìc malè viuas in peccatis & vitiis Deo contrarius, & in bonis fortunæ corporiſque ſanitate proſperatus.

Quinta ratio, quòd omnipotẽs permittit homines bonos & iuſtos tribulari à malis & reprobis, eſt, propter mẽtis omnimodã purgationem. Nam ſicut ſcriptura dicit: Nõ eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Sed cùm Deus nullũ peccatũ tranſeat impunitum, ordinat iuſtis hominibus per miſericordiam pro eorum delictis pœnas temporales, impiis verò & reprobis per iuſtitiam æternas. Commutat ergo ex miſericordia pœnitentibus pœnam æternã in temporalem, quam vel in hoc mũdo patiantur neceſſarium eſt, vel poſt mortem in purgatorio. Verùm quia purgatorij tormẽta ſunt horrenda atq; grauiſſima, miſericors Deus pœnitentes quos diligit, in hac vita purgare variis modis conſueuit, per incommoda diuerſarũ in corpore & in rebus tribulationum. Proſunt enim maleficia impio-

piorum hominum bonis & iuſtis hominibus ad medelam, ipſis autem inferentibus ad damnationem.

Sexta ratio eſt, vt homo per incurſus dæmonum maleficiatus reuocetur ad pœnitẽtiam, & proponat in corde ſuo neceſſariam vitæ emendationem. Omnipotens etenim Deus non ſubitò, cùm peccamus, immittit vindictam, ſed vſq; ad præfinitum tempus noſtram expectat emendationem. Si verò pœnitentiam agere neglexerimus, venit ad nos vindex malorum, quando nõ putamus: & qui nos peccatores in tranquillitate pœnitẽdo recognoſcere contempſimus, in tribulatione ſerò tandẽ recognoſcemus. Hinc ſanctus propheta in perſona Dei loquitur, dicens: Si dereliquerint filij eius legẽ meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorũ, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis neque nocebo in veritate mea.

Digitized by Google

Septima ratio, quare omnipotens Deus permittit maleficia dæmonum præualere bonis & innocentibus, eſt, vt imputetur eis nimium licentioſa peccandi occaſio. Sunt enim multi pauperes & infirmi Deo placentes, boni & deuoti & humiles, quos inopia & ægritudo corporis in Dei amore conſeruant: qui ſi diuites, honoribuſque ſublimati eſſent, citò in profundum vitiorum à ſanctitatis propoſito defluerent. Non expedit omnibus ad ſalutem habere cum ſanitate honores atq; diuitias, nec diuturnior vita hominem ſemper efficit meliorem: propterea omnipotens Deus volens in eos quos elegit miſericordiam ſuam oſtendere permittit bonos, iuſtos & innocentes variis calamitatibus ſubiacere; Et aliquando per dæmones, aliquando per malos homines, aliquando pro diuerſis aliis modis ac mediis aufert ab huiuſmodi hominibus diuitias & honores, quibus malè præſciuit vſuros, quatenus humilitatem in paupertate & abiectione cuſtodiant, quam in opulentia,

tia,& ſublimitate poſiti minimè conſeruâſſent. Permittit etiam ſæpius multas & magnas ægritudines incidere,quibus læta ſanitas carnis maximã intuliſſet ægritudinem mentis. Denique permittit maleficio quoſdam ad mortem impelli, vt amputetur eis peccandi licentia, qua fuerant abuſuri diutius in vita permiſſi. Hinc de viro iuſto dicit ſcriptúra: Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, & ne fictio deciperet animam eius.

Octaua ratio diuinæ permiſſionis eſt,vt homines ſacramenta venerentur Eccleſiæ, quæ magnam habent virtutem contra omnia maleficia malignorum ſpirituum. Rarò enim maleficiis dæmonum læditur, qui Sacramenta & ritus Eccleſiæ Catholicæ debito cum honore veneratur. Et propria maleficarum confeſſione ſæpius audiuimus, quod Miſſarum auditio & vſus rerum benedictarum ab eccleſia multum infirment dæmonum poteſtates. Neq;enim fruſtra benedicuntur in Eccclesia Dei, ſed vt ſint quæ

diuinæ protectionis munimen dęmonibus oſtendant, metuenda ſignacula.

De pueris verò & infantibus, qui in Chriſto renati maleficiis dęmonum vel hominum quandoque necantur, non dubitamus quin diuina prouidentia hoc fieri permittat eis in ſalutem, quæ omnia nouit in melius ordinare mortalibus. Sæpè tamen contingit infantes maleficiis perire propter delicta parentum.

PVLVIS

Digitized by Google

PVLVIS MEDICINALIS VALDE CELEBRATVS EIVSDEM TRITHEMII.

PVluerem huius Trithemij ad cerebrum, ſtudentibus perutilem plurimi hactenus celebrârunt ſemper. Nam haud pauci eò vſu eius peruenerunt, vt inſpectores illos vrinarum, arteriarũ, linguarum retrimentorum facilè negligerent. Multi ad centeſimum ferè annum ætatem ſolidam produxerunt; tantum deniq; adepti ſunt memoriæ acumen, vt facilè quoſuis etiam maximos excellerent: Idque abſq; catapotiis, cliſteriis, pellis, vnctionibus, cataplaſmatis, elictoriis, maſticatoriis, gargariſmis, iacculis, fumis, conditis, ſyrupis, aquis, theriacalis & ſimilibus.

Marquardus Freherus, Conſiliarius Palatinus.

℞. Calami aromatici,
Gentianæ,
Cymini,
Sileris montani,

Aniſi,
Carui,
Ameos,
Sem:Petroſelini,
Spicænardi,ana ℥ s.
Coralli rub:
Vnionũ ſiue plarũ nõ pforatarũ ℥ v.
Zingiberis albi,
Amari dulcis (Chame pyt)
Foliorum ſenæ,
Tartari aduſti,ana ʒ v.
Macis,
Cubebarum,ana ʒ ij.
Gariophyllorum, ʒ vij.
Fiat puluis ſ.a.

Doſis eius ʒ s. quæ manè ſumatur & ſero,in brodio vel vino, per mẽſem primum. Secundo menſe manè tantùm; Tertiò menſe manè ter in hebdomade, & ſic deinceps continuetur ad vitam. Siquidem contra multas valet ægritudines & eſt probàtiſſimus

Digitized by Google

mus & efficax puluis. Stomachum confortat, cerebrum purgat, oculos & viſum ſerenat, memoriam acuit, humores malos atq; ſuperfluos in toto corpore conſumit, ſine periculo, lenit & aperit conſtrictionem in pectore, nauſeam pellit, nimiam pinguedinem prohibet, ab Epilepſia & apoplexia cōſeruat, materiam calculi ſine dolore diſſoluit, & in lapidem dureſcere non permittit, chiragram & podagram ſciaticamque præualere non ſinit. Hunc puluerem cum Paulus Scalichius Duci Boruſſiæ (cui tunc temporis erat à conſiliis) vtendum dare vellet, Medici Principis prohibuerunt, ex quo enata eſt diſputatio inter illos, in qua iſtius pulueris in partem vtramque ſcriptis dimicatum fuit; quæ diſputatio extat in ſatyris Philoſophicis ipſius Scalichij.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google